

IMP CÆS
CIVL VERVS MAXIMI
NVSPFAVGPM TRIBPOTES T
BIS IMP III COS PROCOOS
PPET CIVL VERVS MAXI
MVS NOBILISSIMAVS
CAES FIL AVG NDAC
IGERMA SR IMP
MAXIM

AB AQC MI
CLX

Peder Viennensis

DE
COLVMNA MILLIARIA

ROMANA

AD

E S Z E C V M

REPERTA

QVAM

PETRVS KATANCHICH

PANNONIVS

IN ARCHIGYMN. ZAGRAB. SCHOL.

HVM PROF. P. O.

CONSCRIPSIT.

EDITIO SECUNDA.



ZAGRABIAE,
TYPIS EPISCOPALIBVS
MDCCXCIV.

LECTORI BENEVOLO S.

Nescio, qua natale solum dulcedine captos
Dicit, et immemores noa finit esse sui.
Non dubia est Ithaci prudensia; sed tamen optat
Fusum de patris posse videre foci.
Cum bene sit clausae causa Pandione natae:
Nittitur in fatus illa redire fias.
Adfuetos tauri fultus, adfuetos leones,
Nec feritus illos impedit, antea petunt.

Ouid. ex Fest. Epif. III.

Quod me ad hoc argumenti genus tractandum pellicore
valbat, vnu erat Literarum et Pudicarum amor. Cum enim
beliorum Artium fluidis, ex eo in primis tempore, quo
soberetie de rebus fertur coepi, singulari esse adiutus
animo, nullaque Antiquitatem, Pannonicam praesertim, pro
cultura dolegissem, competi multa, que ali per transcen-
nam quasi vidore; alii longe alter, quam lati reipublice, in-
tinerent; plenique, nullis praecipuis, minus quaedam tu-
lere in medium. Et hunc quidem aliqui priscis monumen-
tis non abunde insinueri, ceteri Patriam ignorasse, vide-
ntur. Plurimas insuper actatis Romanas se quis, inuidi-
etiam indigenas, e Pannonia tolli, saepo trilis audire, et
confidere debet: maxime dolens, nullam loci, quo cibis
erat, fieri mentionem. Cui malo ex parte occurrere
veles, quedam loca, que omni descripturus erant, per-
infra flagrulariter, et monumenta, que in lis detegere
sicut, scortis notau. Cumque analoga habuissent nostra
de Urbe effent praecipua, his nunc edendis Columna aul-
aria dedit occasione: neque tamen univerfa, que de
Elzoki vestimenta sibi possent, adduco, sed ea dimittaxi,
que ad epigraphicam spectare videbantur, ceteris loco
alteri feruntur. Quid haec proficerim opula, eruditus con-
fessit Lector: cui si Patriae ornamenti cordi est, credo
hanc item non displicitum. Constat enim, qui ex-
pectari ab homines possit, adhibui; quodsi errare aliqui
contigit, emendationem non recuso, quin cum Eustripiolo
sit:

'Ετοι μέντος μὲν οὐ τι μὴ καλῶς ἔχει,
Πρόσωπον διάποτε λέπρος εὔρεται.

In sedibus si quid parva recte est, licet
Corrigere posterioribus sententias,



SYLLABVS CAPITVM.

C A P V T I.

Locus, quo columnna reperta, quo posita sit, via item noua, et vetus Romana, ponsque Turcorum, proponuntur pagina.....

C A P V T II.

Vetus denominatio urbis Eszekenensis, MVRSA fuisse, monumentis veterum ostenditur.....9

C A P V T III.

De viis Romanis, Lapidibus milliaris, nostraeque mensurae cum antiqua comparatione.....24

C A P V T IV.

Epigrapha columnae exponitur, et via Ripensis Pannoniae, Aquincum usque, lustratur....40

C A P V T V.

*Aliae hic erutae Inscriptiones Romanae, additis selectioribus numis, exhibentur.....8**



Q. D. B. V.

C A P V T I.

Locus, quo columnna reperta, quo posita sit, via item noua, et vetus Romana, ponsque Turcorum, proponuntur.

I. C O L U M N A M , de qua nobis fermo futurus est, operarii, quibus viae nouae construendas cura incumbebat, anno MDCCCLXXIV, cum aliis monumentis non paucis, detexerunt loco, mille et quadraginta hexapedas Viennenses ab Draui ripa sinistra in aquilonem diffito, medio fere viae eiusdem interuallo, dextro latere, E'zeko in boream proficientsi. Cum enim per ea loca vultu cuiuspiam aggeris comparent velligia, qui et arenam, et lapides, viae nouae datus videbatur, eum ut perfodiant operae insue, in nostram incident columnam; a) quam ubi caracte-

a) Loco in tabella a.

ribus refertam conspirantur, utile futurum rati, si cu' flodiretur, ab reliqua lapidum congerie secernunt eam, reponuntque. Porro, cum loco omnibus peruo, ad aedes quippe huius viae curatoris, a) esset, multi ad eam, inter quos et ego, adire, caracteres lustrare, et legere conati, nequicquam laborare; quod, vbi ea tot seculorum decurso folio faciisset humido, caracteres prope exesi videbantur, et, si qua forent etiamnum vestigia literarum, terra obducebantur, vt equidem tunc ex vniuerso titulo nihil, praeterquam CLX, exculperet potuerim. At, cum industria curatoris dicti lapis repurgaretur, abluereturque, tum enimvero ductus characterum in oculos incidere clarius, inductoque postea lineamentis colore fuscō, legi etiam a retinē peritis coepere. Demum, vt omnibus, qui Efzekinensi progresserentur via, cognitum foret monumentum hoc, suatione bonorum quorundam, ad orem vias australēm, laeva Draui ripa, situm est, b) quo oculos transeuntium obiectare, aeternamque factae Vetusatis memoriam iisdem ingerere, valeat.

II. Via porro noua, que *Josephina* audit, iussu AVGVSTORVM, et conatu Excellentissimi Comitis CHRISTOPHORI NICZKY, ad eam perfectionem est adducta, vt, firmitas eius, anne elegantia potior esse debeat, non facile quis determinarit. Profecto tam consitit valide, vt quaecumque aquarum eluvio adsit, ne laedi quidem, minus tolli posse videatur; periculum vel ab anno proxime lapso ceperis, c) quo Drauus es inundarat vi, vt nihil pene aliud, nisi aquarum graffantium moles, a ripa fluminis Beliam usque, conspiceretur, agger tamen suis cum pontibus

a) D. Ioannis Doft, cui multa de re praesenti in acceptis habeo.

b) Tabell. lit. d.

c) Scilicet an. 1780, cum haec sequente scripsiterim.

perfitit integerrimus. Audiles tum homines, qui opus hoc omne aquarum vi ad nihilum redactum iri paullo ante dictabant, mutata iam opinione, mille laudes, mille gratias, Augustae domui, Excellentissimo Comiti, iterum atque iterum redentes. Nec videtur aquarum eluvio villa, quantumvis ea sit valida, huic viae unquam nocitura, cum ei medio quidem terra, maiori parte rudecta, ad denos, et amplius pro inaequalitate soli, pedes aggesta, huiusque basi decem, superficie vero quatuor hexapedas Parifinas, et 5' in latum procurrente, firmetur; finibus autem duplice ponte, lignis australi uno, altero boreali lapideo, communiantur eum in modum, vt hinc atque hinc decurrentibus celerime aquis, agger in tuto maneat. Klegentiam vero nostra via obtinet eam, vt, quem illam, aestiuo in primis tempore perambulas, et hoc atque illo ex latere ordines populorum salicunque parallelos, secundum vias longitudinem porrectos, spectas; fedilia hinc atque illinc posita petis; lignes pilas in utramque partem, hexapedis ab sece duodecim, infixas, colore, vti et fulcra pontium superna, rubeo, candidique tincta; longum denique et amoenum ad bis mille hexapedas prospectum, obfervas, te horto cuiquam voluptatum innrare non immerito opineris. Plura erunt suo tempore, quae oculos praetererunt demulcent, vias ornamenta. a) Insignis etiam structura aggeris, ac pontium, maxime lapidet, ad vias huius commendationem plurimum facit. Terra, qua conficit agger, ad 7 pedes Parif. aut, vt solum inaequale erat, amplius in altum euecta, et in planum horizontale redacta, transuersis primo lateribus coctis, duplice pavimento, g area intermixta, positis, tum arena superius,

a) Vere anni huius 1782. confite sunt mori ad vias marinem, singulæ ad singulas pilas; anno vero lapso siue arbores laterales, vt symmetriam parallelam exhibeant.

lapidumque fragmentis, ad pedem aggreditis, in latitudinem quatuor hexapedarum, utrumque tercio margine ad haec fulcienda relieto, munitur ea ratione, ut commodissimum iter proficiscientibus praeslet, tam pluviis, quam siccâ tempestate. Pons vero lapideus, ut ligneos mittam, a) arte huiusmodi constructus est: vniuersa pontis machina insitit operi columnato; istud pilae tetragonae, hexapedam longae, soloque penitus infixae in parallelogrammarum figuram, pro basi sustinent; pilis, secundum eorum ductus, adhaerent ligna transuersaria, quorum areae coctis lateribus, cimento lateritio iunctis, repletæ, margines vero publicis transuersis, veluti pectinibus, sustulti; haec tabulatum e quercino assere, vastum ac solidum, tegit, locis, quæ ab intercolumniis libera sunt, et quæ præterfuestris vnda irrigare consuevit, duplici loco circa medium canali pro meato aquæ minutæ relieto, atque eadem arte firmato. Hunc fundamento, sane memorabili, inituntur columnæ intermediae novemdecim cum binis antis, e lapide secto, lateritio cimento, vinculisque ferreis adstricto, constantes, figura nauali, medio hexapedas quatuor longæ, quinque pedes Parif. latae, in sublimè ad unam orgiam, et quatuor pedes eiusdem; quarum quaevis sex et triginta pilas in basi occupat. Columnis imminent quercinae trabes vasteissimæ, ordine parallelo in longum positæ, his superliminaria e minori trabe in transuersum, denique arenatum ad pollices novem, accedunt, ut superficiem aggeris aequent. Utrumque latus pontis fulcta, e ligno itidem quercino, validissima, ferreis nexibus iuncta, firmant, duplici ab occasu, quo aquarum moles adochitur, catarracta e catenis a fumo pendula, trohleis pro arbitrio adtol-

a) In Dravo e quercinis trabibus validissimis stroi coepitus 22 Sept. an. 1780. ad finem deductus 8 Mart. an. 1781. longus 92° Parif. latus pro duplice curva.

lenda, aut demittenda. Digna haec memoratu structura spatium centum orgiarum capit in longum, columnis ab se se hexapedas quatuor diffisis, superficie, qua est arenatum, vt in hoc, sic in aliis quoque pontibus ad 3° in latum producta. Ut adeo, si vniuersam viæ, in primis vero pontis huius, artem et naturam perpendis, et singulari quadam voluptate adficiaris, et opus aeternitate dignum censeas, oportet. Atque vt eximi fane operis, prouidenia AVGVSTORVM nostrorum, et Comitis EXCELLENTISSIMI solicitude, constructi, a) aeterna foret memoris, hanc in lamina cuprea, literis auro nitentibus, medio colossi, ad quatuor hexapedas elati, b) epigraphen pli in Regem et Patriam filii posuere:

PROVIDENTIA
AVGVSTORVM
IOSEPHI II. MARIAE THIERESIAE
EXPLETIS LACVNIS
FRACTA AQVARVM VI
COMMERCIO. COMMEATVI. ITINERANTIBVS
VIAM. PONTEMQVE HVNC STATVENS
QVADRIENNI OPERE
SECVLORVM INCOMMODA SVSTVLIT.
ITA
QVOS SVBDITA GENS NOVO BENEFICIO
PIOS SENTIT PARENTES
DIV IMPVNE GRASSANS AQVARVM FVROR
PERENNII COERCITVS AGGERE
SVOS AGNOSCIT DOMINOS.

a) Initium accepit austumno iniente an. 1773. finem vero an. 1777. ad occasum properante.
b) Est hic in fronte viæ, ora huins australi, in iphis castelli pomeriis, erectus a 20 Octob. ad 16 Nouemb. an. 1779.

III. Via, quam usque huc tenuimus, circiter medium fecat veterem quamdam, quae a Draui ripa ex aduerso ecclesiae graci ritus non vniuersorum, sububio inferiori, fertur Beliam inter ac Dardam, propriis tamen illam, vsque agros, vbi palustria esse definitur, intervallo quadragesima et bis mille hexapedarum Vienensem. a) Eius vestigia hic atque illic residua usque hodie videri possunt, hic ad sesqui pedem, ibi ad duos, alibi ad tres pedes ad surgentia, quae vulgo obicis lapidei (*Stein-Riegel*) item viae genii mali (*Teufels Weg*) nomine veniunt; scilicet, quae mira vulgo videntur, ad deos ea, vel ad deitatis referre consuevit, quoniam, unde profecta sint, ignorat. Basis viae huius eamdem fere latitudinem, decem scilicet hexapedarum Parif. obtinet, quam habet basis viae nouae; an et in altum huius aequalis fuerit, diuinare quis ausit? quod si tamen conjecturae locum dare licet, quandoquidem Drauo exundante, vortices octonos etiam pedes alti per loca isthaec volvuntur, facile via vetus nouae perpendicularium adsecuta fuerit. Porro eo loci, quo agger hic ripa Draui finitira caput initium, sex columnae et secto lapide, medio fluamine, circa dubium pontis cuiusdam reliquiae, cernuntur, b) in primis si decrebat fluuius, quarum quidem ea structura est, quae non nisi ad Romanam zetatem referri posse videatur; fane, cum agger ille vetus, et columna in eo reperta, tum etiam rudera habitacionis Romanae, quae circa haec loca, maxime in occasum foliis, plurima eruuntur, id suadere possunt. c) De

a) Ripa Draui hoc loco 10 prope hexap. abiit in profluuentem, vt iam 2030 hexap. hoc spatio numerare oporteat.

b) Vid. tab. lit. c.

c) In aggerem unum, tacitis aliis, 1600. hexap. Parif. cubicae ruderum Rom. tranectae sunt, multo plures vehi poterunt.

ponte hoc qui vel vocabulum retulisset, e toto retro vetustate reperi neminem. Columnae eius, e secto lapide vastissimo structae, tam sunt adhuc validae, ac integrae, vt non multam operam ad sui restaurationem postulare videantur.

IV. Alius erat pons Turcarum, qui ab occidente praefidii finibus per Drauum, et paludes ei adsitae, Dardam usque procurrebat, a) de quo ad annos 1535, 1565, 1664, 1687, et alios, multa apud multos iegas; verum hic pons cum lapideo illo idem confunditur neutquam erit, ligneus quippe, et loco longe diuerso positus. Mirae magnitudinis et structurae pontis, vt qui vastissimis trabibus pilisque constans, faxagint quinque passus supra octies mille quingentos b) longus, denos vero ac senos latus, perhibetur, quedam in fragmentis pilaram dumtaxat vestigia superant, trabibus, fulcrisque partem olim iam igne absuntis, partem vero fugato hoste, paceque redditia patriae, e lacunis, quibus longo haerebant tempore, protractis, ac aedibus publicis, in primis arcis, dum reparatur, et in formam meliorem redigitur, accommodatis. Atque horum quidem et nostrum meminere multi, pontis lapidei nemo. Aggeris autem prisci illius, quem supra memorauimus, unus, quod sciam, meminit Marsilius, opere, quod Danubium Pannonicum-Mysicum appellavit, oratione huiusmodi: c) „ Per illas paludes (*ad Eszken*) quae „ vltra Drauum flumen se late diffundunt, agger lon- „ gissimus transire visitur, vt pote qui a Draui ripa

a) In tab. lit. f. conf. Taube Beschreib. Slavon. part. III pag. II.

b) Passus hi vulgares erant. vid. Histor. delle Guerre d'Europ. Part. I ad an. 1683 et 1685. Pons hic Solimanii II iussu, quoniam Szegutum oppugnaturus erat, a praefecto Belgradensi Mehemedo, cum vicies quinque mille operis, intra dies decem constructus fuit.

c) Tom. II, fig. XI, v. OSZEK.

„ vltiori incipiens, ad duo circiter millaria Germs-
„ nica extenditur, totusque terrei, glarea mixti, ope-
„ ris est. „ Bene quidem cetera, sed, quod aggerem
ad millaria Germanica duo extendi ait, nimium esse
vel ex hac tenus dictis colligas: neque enim tractu
hoc palustria ultra vnum eiusmodi milliare procurvant,
et agger ille brevior est ipso Iosephino, qui nec vni-
us quidem milliaris Germanici spatium, vniuerso tra-
ctu suo, occupat. Illud praeterea heic velim aduertas,
non e sola glarea, terrae consistere aggerem, quod
multi etiam lapides, lateresque Romani eodem sunt
eruti, et vulgus hodie quoque obicem lapideum nuncu-
pat. Subiungit prioribus auctor suam in aggestum hoc
animaduerzionem, et „ Probabile videtur, inquit, usum
huius . . . aggeris fuisse Romanis istum, vt communi-
cationem Pannoniae, quae est vltra, cum illa, quae
citra Drauum est, hic quidem (agger) ante hacc
flare, illud (fortalitium) defendaret, ac tueretur;
sicuti nostris idem hodierno tempore pontes lignai
(Turcis olim ille ob longitudinem suam famosissimus)
et nouum ibi exstructum fortalitium praestant.“ Huc
usque Marsilius, cuius aetate, initio quippe seculi,
quod viuimus, vt priscae vrbis muri, sic et aggeris
huius clariora extiterint vestigia; eodem namque scri-
bit loco: „ Sunt autem . . . rudera (urbis antiquae)
muri ex lateribus coctis, qui e terra aliquantum
elevata prospiciunt, exstructi, et ob nouas subinde
ibidem erectas propugnaciones . . . dispersi, atque de-
structi. “ Aeo nostro pauca quedam aggeris ve-
stigia superant, vrbem vero sub terra latentem habe-
mus. Et ista quidem de pontibus ac viis, quae cum
lapide nostro nexum habere videbantur, dicta sunt.
Nunc, quoniam isthaec monumenta ab Romanis posita
nemo in dubium vertet, quae quidem ea magnitudi-
ne, copiaque sunt, vt celebrem quampiam vrbem heic
stetisse dicas, inuestigare, quo ea nomine apud Roma-
nos

nos gauisa fuerit, operaे pretium existimauimus; vt
harum notitia rerum instructi, epigraphen Lapidis fa-
cilius legere valeamus.

C A P V T I I.

*Vetus denominatio vrbis Eszekenensis, MVR-
SA fuisse, monumentis veterum ostenditur.*

I. **F**VISSR aeno Romanorum in Pannonia vrbem,
quaе MVRSA diceratur, nullum apud erudi-
tos dubium esse potest; quo tamen ea loco fuerit, et
an aetate etiam nostra in ruderibus eius, celebris seque,
vt Murfa erat, ciuitas quaepiam confitatur, id iam vi-
dendum est. Muriae in monumentis hac tenus vulgatis
nomen primum occurrit apud Claudiū Ptolemaeū,
scriptorem Graecum, qui Geographiam suam M. Au-
relii Aug. temporibus edidit; is inter oppida Panno-
niae inferioris, a Danubio remotiora, post Vacontium
habet a) MVSIA COLONIA, graece scriptum fuerit
Mvsia Κολωνια. Multi a Ptolemaeo postea Muriae
meminere, quorum alli Mursiam, alli Marssam, aliqui
Myrsam, aut Myrsiam, scribabant, nemo proprie, vt
Ptolemaeus. Aurelius Victor Mursiam dixit, b) Zosi-
mus Μυρσανη, Mursen; c) Socrates Mursam; d) in eo
aberrans, quod castellum Galliarum compellariit. So-
zomenus, qui Socratem sequutus est, idem habet; e)

a) Tab. Eur. V. Cap. XVI. edit. Venet. 1562.

b) In Epit. hist. Aug. conf lib. de Caesarib.

c) Lib. II. Cap. XLIII.

d) Lib. II hist. ecclie. Cap. XXXII. Eutrop. hecu. hist. Rom.
L. IX, C. VIII., L. X, C. XII. edit. Norimb. 1776.
Nonnulli ex Eutropio Myrsiam legunt.

e) Lib. IV. Cap. VII. ap. Cellar. Geogr. Antiqu. L. II,
C. VIII. p. m. 563, edit. Lips. 1701.

Peutingeri Tabula, quae sententia quorundam Diocletiani aetum respicit, exhibet Mursam maiorem, ut eam a minore distingueret. a) Itinerarium Antonini Mursam; b) Paulus Orosius, vbi Constantii cum Magnen-tio bellum, Victorem imitatus describit, c) Mursam nuncupat; Stephanus Byzantinus Μύρσανη, Mursam. d) Postrema, ut equidem reperi, huius oppidi memoria apud Simocattam occurrit ad annum DXCI, qui id Myrsam nominat. Moriam et Mursum Taibli e) nus-piam comperio, ni velit Μύρσανη Simocattae Mursam legi debere.

II. Mursam hanc, nobilem apud Romanos ciuitatem, plerique post renatas meliores literas eo statuunt loco, in quo ESZEKVM constitit hodie. Lazius hac de re differens audiatur: „Antonini Itinerarium, „verba sunt eius, f) Teutoburgium collocat inter Cor-nacum et Mursam, — — — quam fuisse, ubi est ho-die Eszekinum Draui, haud equidem ambigo.“ „Hunc, prae ceteris, patriae scriptores fecuti, Szenti-vanius, g) Bombardius, h) Timon, i) alii, omnes Mursam in agro Eszekineni stetisse adfirmant. Esi vero, auctoribus, de patria plurimum meritis, nihil, quod

a) Edit. Vindob. 1753.

b) Edit. Venet. 1570 circ.

c) Lib. VII, Cap. XXIX, edit. Venet. 1773. sed in antiquioribus edit. et MSS. constanter Myrsia pro Mursa, greco more scriptum legas. conf. Cap. XXII.

d) Opusc. de virib. Additioque Αέγεας και Μέγαρον, dictar et Mursiam.

e) Topogr. Slavon. Part. III, pag. 8.

f) Comment. Reip. Rom. L. XII, Seft. II, Cap. VI, edit. Francof. 1598.

g) Curios. Miscell. Part. I, Catal. IV, V.

b) Topogr. Hung. P. III, C. III, p. m. 242, edit. Vieß. 1718.

i) Imag. Ant. Hung. Lib. I, Cap. III seqq.

hanc in rem aggeram, habere me fatear; tamen, cum de rebus, ab aetate nostra longe remotis, agitur, testimoniis eorum, qui aetate illi sunt propiores, vtendum esse, quis non videat? Nostro sane tempore ea est horum genio adridere valeam, in Iolo Elze-ki Mursam e priscis rerum monumentis erere contendam, quo nullum amplius de situ coloniae huius dubium superesse valeat. Age, Iustremus scripta veterum. Ptolemaeus, qui Mursae primus meminit, eam sub gradu longitudinis 43, minuto 30; latitudinis 45, min. 45, statuit. a) Diuertigium Draui, seu ostium, sub gradu long. 44, min. 20; lat. 45, min. 40; vt videoas Mursam ab ostio Draui in occasum dumtaxat, idque minutis 50, remotam; latitudinis vero, seu elevationis poli, situm tenuisse fere eundem, cum non nisi 5 minutorum differentia inter utrumque reperiatur: duc iam rectam a Draui ostio in occasum, dextra flumis ripa, et Eszekum offendes sub eodem prope latitudinis gradu, quo Almasum, vbi ostium Draui est, situm noscitur. Quamvis autem Ptolemaeus hic non nihil promouerit gradus longitudinis in orientem, vt alias quoque pro systemate, quod adsumferat, fecit; non tamen erroris eum pariter in latitudinis gradibus arguas, quos in pluribus Pannoniae locis utrumque obseruerat, quod is, qui nostram poli altitudinem contendet cum Ptolemaei gradibus, edoceri valebit. Et in re quidem praefecti chartam Hasii, b) quae mihi editorum accuratissima videtur, explorare liceat. In ea Eszekum sub latitudinis gradu 45, min. 38 ponitur; quem situm, si duo addas minutis, Draui diuerti-gium in Ptolemaeo habet; his ad Mursae positum

a) Tab. Europ. V. Cap. XVI.

b) Ab Homannianis edit. an. 1744. edit. princ.

Claudius quidem adiungit alia ζ' , vt adeo sint 45 minutus supra quintum et quadragesimum gradum, in quo ab nostris Geographis, qui ostio Draui et Eszeko eamdem fere triibunt latitudinem, discrepat; verum haec paucorum differentia minutorum tantae considerationis non est, vt seu Murfa Eszekinensi agro moueri, seu gradus Ptolemaei nihil significare, debeant: cum nec, si 30 etiam minuta priori numero addas, vel demas, ceteris partibus, rudera Murfae conuenientia vsquam comperias alibi; et gradus Geographi, si non omnium, certe plurium, in Pannonia praefertim, locorum situi conueniant fatis. Ut piaculum existimem, antiquo et praestanti Geographo omnem derogare fidem, ac inter figmenta reponere, si in quibusdam exortare videatur, maxime argumento, quo eum refellere valeas tuto, deficiente; quis autem his in partibus aetate nostra obseruationes instituit astronomicas, a) quies locorum ab aequatore, et meridiano primo, distantiam detexisset adcurate, quo gradus Ptolemaei inter dicta retulerit? Quod antequam sit, Ptolemaei Geographia apud huiusmodi rerum peritos famam non amittet. Hoc easpropter monere volui, vt ne quis importuno quopiam zelo actus, queuis monumenta veterum, quae posteritati facta esse debent, magni facere nolit. Proinde, vt repetamus iter, si ductu Ptolemaei Mursam inuestigare voles, procede ab ostio Draui in occasum, et agro citra, ultraque flu-

a) Taubius Slauon. P. III, p. 12. scribit, Eszekum in arcis medio, secundum obseruationem suam, esse sub gradu lat. 45°, 30', 6", sed, qua ratione odferuarit, non docet. Vanam esse obseruationem vel inde census, quod iam Vakourum, ab Eszeki parallelo minimum 5' recessens, elevationem poli 45°, 30', obtinet, vt eruditus Medicus Mart. Marikovszky, e foliis distantia ab aequatore maxima aestiu atque hiberna eruit, Ephemerid. Syntensis. p. 4.

men hoc ad quinque minuta instrato, insignia veseris eiusdam ciuitatis vestigia inferiori Elzeki suburbio comprehendes; a) cumque retento gradu latitudinis parallelo ad quinquagessimum ab ostio Draui minutum progressus pares huic vrbi reliquias nuspiam compereris, dictabit ratio, vt Mursam, via duce Ptolemaeo, Elzekeni status.

III. Unus quidem hic Ptolemaei locus ad situm Murfae terminandum intelligenti sufficeret; sed, vt Geographi auctoritas stabiliatur magis, lubet graduum eius ducatu argumentum idem prosequi. Itinerarium Antonini Teutburgum a Murfa XVI milliaribus remouet in orientem via, quae est per Pannoniae ripam a Tauruno ad Legionem XXX in Gallis. Oppidum hoc, bene dispensatis ab Tauruno, quod Zenalinum interpretamur, b) mille passibus, inter Vulkanum et Eszekum statui deberet; sed utrum via curius publici, an extra ipsam, Itinerarium non docet: si eadem via querendum dicas, cum ea tractu hoc rudera nuspiam exhibeat, Teutburgum non repieres; si citra, vel ultra viam, quam longe, ex hodoesporico non elicies. Ut adeo, ni praesto sit aliud monumentum, ex itinere Antonini situm oppidi huius ignorare oporteat. Consultatur itaque Ptolemaeus. Is Teatburgum (sic enim appellat) inter oppida ad ripam Danubii ponit sub gradu latit. 45, min. 40; atque adeo a Murfae parallelo in meridiem 5 minutis remouet. Iam, si gradus nostros cum Ptolomaei gradibus comparemus, Mursamque sub eodem fere latitudinis gradu cum ostio Draui sitam ponamus, Teutburgum non in parallelo draua-

a) Broderie. in clad. Mohacs. sunt ibi vestigia, inquit, magnae alicuius, tempore quo Romani Pannonicar obtinebant, urbis, Coloniae fortasse Romanorum, ab ostio Draui nos nifi duabus (Hungaricis) milliaribus remotae.

b) Alius de hoc erit differendi locus.

ni ostii, quod hac parte Danubius terminat Panniam, sed in meridiem ad minuta quinque, in fluminis ripa, inuestigabimus. Est locus, vetus Borou accolis nuncupatus, ad ipsam Danubii ripam, heic in solis ortum aliquatenus protuberantem, situs, qui gradibus Ptolemaei bellissime respondeat: quippe a diuertigio Draui in meridiem VI M. P. a) et a via cursus publici in boream IV M. P. recedens, fossa in hemicylcam longe producta, intra quam fundamenta muri veteris, aedium item priscarum vestigiis, aliisque id genus aetatis Romanarum signis usque hodie conspicuus; ut hic olim oppidum exstisit Romanum nulli dubitemus, in primis, quod huiusmodi priscae habitationis reliquiae tota hac peripheria, inde ab Ezech ad Szotin usque, nuspian comperiuntur. Heic itaque statuto ductu Ptolemaei Teutoburgio, an distans Itinerarii descripto locorum situi congruat, videamus. Dimensi haec vniuersa, comperimus ab ruderibus memoratis ad urbis antiquae, suburbio inferiore, medium 12000 hexapedas Viennenses, recto itinere; quarum si 777° pro uno adsumas millario, b) M. P. XVI obtinebis accuratissime. c) Haec, ni fallor, et Mursae positum, et geographiam Ptolomei commendant quam plurimum. Accedit hoc tractu Peutingeri Tabula, quae ripa Danubii ab Tauruno progreffa adusque Tittoburgum (ita nuncupat illud) eaque heic relicta, Mursam versus, non procul Drano, simul cum Antonini hodoeporico mouetur ad decimum fere lapidem, ubi eo in meridiem non longe misso, ripam Draui petit, locumque ad *Labores*, XIII M. P. ab Tittoburgo diffitum, inuisit, ac

- a) Hatius, inter alios, in gradum 75 mil. pass. refert chart. Hung. cit. unde in 5 minuta passus 6250 venient.
 b) Id probabitur capite sequenti.
 c) Delideratis 432°, e quibus 100 sū in diuerticula ponis, ad plenum M. P. XVI numerum decruat 332°, seu passus 427 proxime.

paullo supra, flumine trajecto, *Donatienses* milliaribus XIII, indeque Antiana M. P. XII proficitur. a) Locus est paullo elatior, a suburbio ad tertium lapidem in solis ortum semotus, quem vulgus *Nemetin* appellat, situs Draui ripa australi, via, quae Szaruafum, Daliameque ducit, infra biuum, quo cursus publici *Vukouariensis* via ab hac in meridiem abscedit, 1100°. Vicinia loci, quae non ita pridem habitata sunt, in agros, pruneta, et vineas abiit; existant quaedam adhuc rudera, sed in fundamentis, adeo, ut pars illa aratro subigi nequeat. Situs laeto adspectu, exhibens montem Szollosensem, cum regione intermedia. Paullo supra accessus ad Drauum est, sene commodissimus, qui *Szavatoro* nuncupatur accolis, quo traiectus olim in aduerfam fluminis ripam fuisse videtur, viaque per *Davocz*, *Szilös*, *Keskend*, *Monoslar*, *Baranyávár* tetendisse, ut e locorum adiunctis colligere licet. Hoc fuerit Tabulae iter, dum ea apud Romanos esset in usu. Itaque, ubi locus ad *Labores* Nemetino respondeat, b) isque a Tittoburgo XIII M. P. distans in Draui ripa, ab urbis nostrae vestigiis III M. P. remota, statuit, et haec millaria in unum collecta XVI M. P. apud Antoninum Teutiburgum inter ac Mursam notata, efficiunt, ut locorum ab oriente Mursae vicinorum, ita urbis eiusdem in agro Ezechinensi positio mite stabilitur.

IV. Par momentum ex eadem Tabula ceporis, quo Mursae stationem heic a borea firmare valeas. Habet ea itinere mediterraneo, Mursa Petauionem, Mursam minorem mille passus X a Mursa maiore disiunctam, quae itineri Ierosolymitano, cum eadem locorum distantia, *Mersella* dicitur. c) Hanc ubi quaeras, ad

a) Edit. Vindob. 1753.

b) Iordan. P. Geogr. ad *Labores* putat *Szaruafum*; sed id locorum distantes non admittunt: Szarvar enim X demtaxat M. P. a veteri Borovo abest.

c) Apud Iordan. Lib. de orig. Slavor. Part. III.

boreamne, an ad occasum, ostendit Ptolemaeus, quum sub gradu long. 43. lat. 46. locat Mursellam, quo inuitat, oppidum hoc aetatis fuae a Murfa in occasum aestuum recedere. Hac regione, non ita procul Ezeeko, vicus Laskufala occurrit, ab Draui ripa laeva, si Romanorum vestigia legas, per dictum scilicet aggerem, tum per agros et silvas, milia dextrorsum Danda, 8030 hexapedas remotus, prima cursus publici Ezeeko Budam statio, ruderibus, quae oppidum deceant, paulo supra loco desertum Laskufala dicto, insignis. a) Verum, dicit quispiam, Ptolemai Mursellam ex Antonini hodoeporico Sabariam inter ac Bregetionem fore locandam, in primis, quod Mursella Ptolemaei oppidum erat, Murfa minor autem, sive, ut iter Ierosolymitanum habet, Mersella, matatio. Dico, violentam hanc esse graduum Ptolemaei detorsionem, vt qui Mursellam non sub gradu lat. 47, min. 38, quo circiter Antonini locus extiterit, sed sub ipso 46 latitudinis gradu, collocat. Deinde, Mursella Geographi aetate oppidum erat, vt reliquias perhibent, quo nomine iniuria temporum priuata, vt pluribus acciderat, in mutationem Constantini aeuo abierit. Praeterea, si nomen solum consideras, plures esse poterant Mursellae, vt re ipsa fuisse videntur, que, sicuti Bassianae, distinctis exitierint locis: quis enim Bassianam, inferioris Ponnoniae ciuitatem, cum Bassiana vico, a

a) Rufusquinus Legat. Tusc. ep. 1, p. m. 63, edit. Pest. 1758, loci huic hanc reliquit memoriam „Ab Ezeek, „aut, transmissio Drauo venimus in Lascuon: ubi cum „fellois de via, aetustaque et febre correptus, quieti me „dedicem, aduenient interes eius loci decuriones, vt „aduentum gratulentur; afferuntque grandissimos pepo- „nes, pyraque et pruna varii generis; vinum praeter- „en et panem; omnia sine exquisitiissima, quibus ne- „scio an quicquam melius ferat illa decantata, et ab „vbertate foli tautopere celebrata Campania.“

Saba.

Sabaria Bregetionem versus XVIII milliaribus diffito, confundat? Proinde perpenitus rerum adiunctis, Mursellam, quae cum Mersella Itinerarii eadem fuerit, in agro Laskafaluano statutus, ac Mursae stationem apud Ezekeum firmabis. a) Haec erant momenta, e geographis veteri petita, quibus urbis Mursanae situm in primis probatum iri censebamus, relictis, quae ab Sirmio, Sisciaque in suffragium adduci poterant, itineribus, ne longi esse videamur. Libet alia, in rem praesentem facientia, iustificare monumenta.

V. Notitia Imperii vtriusque ad fluvium nauigabilem, qualis Drauuus est, collocat Mursam, cum in ea, sub dispositione viri spectabilis Ducus prouinciae Pannoniae secundae Ripariensis, sive Sauiae, ponit Praefulum classis Istricae. b) Dictam vero classem Istricam ex eo, quod in Istro nauigaret, Pancirolus interpretatur. Hic Notitiae locus Mursam Draui ripa australi stetisse monstrat, cum haec Pannoniae portio aetate illa singulari titulo Pannonia secunda, ea vero, quae latere fluminis laeuo erat, Valeria diceretur. c) Clarius id exponit Zosimus, d) vbi pugnae Constantium inter et Magnentium actae, meminit; postquam enim dixisset: „ Fama obsidionis (Mursanae) ad Constantium per- „ lata, vniuersis ille cum copiis, opem vrbi pericli- „ tanti latus, accessit, quum et Cibalim, et vni- „ uersam regionem, per quam Drauuus amnis labitur, „ a tergo reliquistet; “ ita planitem, quae late hic, maxime in austrum, se diffundit, ita silvas postea, ce-

a) Maginus ap. Timon Hung. Ant. G. VI, Mursellam Dardae substituit; Moro ibid. Ezekeam dixit; vterque citra veritatem, vt manifestum est.
b) Thesaur. Graec. tom. VII, edit. Venet. 1735.
c) Vid. Cl. Salag. Eccl. Pann. L. IV, C. I, n. XVIII, seqq.
d) Lib. II, Cap. XLV, LIII.

teraque urbis adiuncta describit, vt, qui agrum Eszekinensem iustitauit, Zosianum heic fuisse adseueraret. Consentit scriptori huic Julianus Augustus, cum, de bello eodem locutus, exercitum Constantii cum Magentio signa collaturum ita in campis Mursanis locat, vt ei dextra fluuius esset, qui Drauus nuncuparetur; ait pollea: a) „ Ibi . . . caedes ingens perfecta est, vt flumen ipsum promiscue hominum atque equorum cadavera compleverint: non enim Drauus Scamandri similis erat, nec fugientibus fauebat, vt vel mortuos cum armis expiceret, atque eiiceret ex altero; vel viuos adhuc celaret, ac tuto vorticibus suis abscondiret. “ His aevi Romani monumentis lapidem quoque et thesauro Britannico addere lobet, qui Muriae nomen clare exhibeat, vt nullum vetustatis genus praetereramus, quod urbis nostrae mentionem fecisset. Ita vero habet: b)

P. AEL. P. F.
SERGIA MAGNVS
D. MVRSA
EX PANNO^NIA
INFERIORE.

Quam epigraphen sic legas: *Publius Aelius, Pubili filius, Sergia, Magnus, domo Mursa ex Pannonia inferiore. Aelium Sergia de tribu, ac Mursae natum, lapidis hic perhibet. Si quis iam haec vniuersa eius aetatis monumenta, qua in primis florebat Mursa, in unum colligat, MVRSAE veteri ESZEKVM substituere nullus dubitabit, cum terrae pariter ac caeli dimensio in id conspiret, scriptores vero antiqui suo idem confirmant calculo.*

a) Orat. I. p. 36, et 60, edit. Spanhem. Lips. 1696.
b) Thes. p. 1007, n. 3. Conf. L. M. Britan. Roma. p. 192.
n. 48.

VI. Ita quidem hunc in modum intelligi, et acceptari posse videntur, sed illud, quo tempore Murfa, et a quo, sit condita, non facile quis definituerit. Si Stephanum Byzantium audias, ab Hadriano id futrum putabis, ait enim scriptor hic: a) Μάσσα, πόλις Πανονίας, Κτίσμα Ἀδριανοῦ; Mursa, vbs Pannoniae, opus Hadriani. At hic Stephanus per Κτίσμα, mea quidem sententia, non aliud dicere voluisse videtur, quam urbem ab Imperatore muris cinctam, b) aedibus auctam, c) et coloniae titulo ornatam; non vero ita exstructam, vt ne de nomine quidem noscetur antea. Praeterquam enim, quod monumenta compluria, Eszekinensi agro reperta, istuc refellere, ac probare illud videantur, accedit auctoritas Ptolemaei, qui tot Pannoniae inter colonias unam titulo hulusmodi honorat Muriam, quo veluti digito innuit, plures quidem Pannoniae urbes, vt Sabarium, Sisciam, Aemoniam, hunc honorem ante iam adeptas, Mursam vero, seu, vt is appellat, Mysiam nuperime. d) Vt quid enim Geographus hanc solam, cum et aliae forent, coloniam dixisset, ni, quod memorauimus, intelligere voluerit? Praeterea numi heic Romani ab Augusto adusque Theodosios copia non exigua eruuntur, e qui-

- a) Oper. de urribus v. Μάσσα.
b) Muri quadratae referentes figuram, cuius boreale latus claudit Dranus; quodvis aliud vicenos quaternos supra quadringtonos pass. Rom. excurrit.
c) In fundamentis aedium quarundam, olim non ignobilium, intra muros, insuper effossum laterem vidimus, castæribus IMP. HAD. signatum.
d) Vid. Cl. Schönwilsa. Comment. P. I. p. 61, 94. Conf. auctor coloniarum. Rom. in Pann. Dissert. II, C. V., qui Mursae conditorem scribit Hadrianum, sensu, credo, Byzantini. Cl. Salagiū ab Augusto (fortasse Octavianiano) conditam unde, nescio, dicit Eccl. Pann. L. III, C. II. Evidem vulgo id ferri nuspianum adhuc legi.

bus Octauiani, Tiberii, Agrippinae, Drusi utriusque, Claudi, Vespasiani, Domitiani, Neruae, Traiani, qui Hadrianum imperio praecessere omnes, habemus; quos ni postea huc illatos dicas vniuersos (id vero per quam arbitrarium foret, cum viuentis potissimum principis moneta Romani ueterentur) viuis imperatoribus illis Mursae tractatos fateare, necesse est. Ac Neruae quidem caros fuisse Pannonios vel ex eo videoas, quod confecto bello Dacico, victoque Decebalo, Lauream, quam ei ob victoriam hanc Pannonii misere, Ioui Capitolino dedicarit. „ Allata erat, scribit Plinius junior, a) ex Pannonia laurea, id agentibus diis, vt iniucti Imperatoris exortum victoriae insigne decoraret: hanc Imperator Nerua in gremio Louis collocarat.“ Ex quo fit, vt patriam horum, a quibus se tantum amari festerat, Nerua non neglexerit, ac reliquias inter ciuitates nostram quoque Mursam curauerit, ei splendorem non minimum, aedium in primis addendo. Neque Augusti ceteri, quorum recentuimus numos, segniori in excolendis Pannoniae ciuitatibus animo fuerint, maxime Traianus, qui hanc prouinciam, cum ditioni Romanae subigeret penitus, ipse suis lustrarat oculis. Hadrianus vero, quod imperatores alii non praelittifent, supremam veluti manum vrbi admoturus, eam ad coloniae dignitatem euerxit. Neque id mirum cuiquam videri debet; is enim, vt Spartanus habet, b) a Traiano adoptatus (Nerua Traianum adoptarat ante) primum decemviri litibus iudicandis; tum tribunus secundus Adiutricis legionis, quae in Pannonia residebat, effectus; postea in Moesiam inferiorem translatus, Traianumque ad bellum Dacicum familiarius proleguntus, denique Praetor factus, ac Legatus Praetorius in Pannoniem inferiorem missus, hec

a) Paneg. ad Traian. Cap. VIII. Conf. Cap. XVI.

b) In Hadriano sum. II seqq.

diu ac multum versabatur; ubi quom Pannoniem gentem, sibi multum addictam obseruat, huiusque in patrem et auum meritorum non paucorum meminit, reliqua inter decora, quibus ornauit patriam, Mursam aedibus magnificis (struculo hunc in finem latere sesquipedali, suoque nomine insignito) et honoribus coloniae illustrarit. Atque hoc per Krioxua intelligere Byzantinus voluerit.

VII. Et fane antiquius Mursae nomen esse videtur, quam vt ed aeuum Hadriani origo eius referri debeat, vt quae libera adhuc Pannoniorum republica extiterit. Hoc in primis e Ptolemaeo arguas, qui dum Marinum Tyrium, setatis Iulianae scriptorem, in Geographia imitatur, quin eundem, si diueriem scalae rationem tollas, tere deferibit, multa, vti populos quosdam, et praecipua oppida, e veteri Pannoniae statu depingit. Quis enim censeat, Pannonios, antequam Romani agros eorum obtinuerint, nulla habuisse oppida, nullas coluisse ciuitates? Exsilit profecto Sirmium, Sacia erat munita, Aemonia, Carnuntum habitabantur, ante quam Romani sua his imponerent praesidia; quidni et Mursa cum his, vt pote solo fertilissima, situ campestri, commerciis et commeatibus aptissimo, late, fluui infuper nauigabili irrigua, iam tum a patria filii culta fuerit? Huc faciunt monumenta, Eszkenensi agro eruta, que vrbe ante Romanos cultam prohibeant. Numi e Graeca superstitione comperientur indies, officinae diuersae ac titulorum, et molis non unius; quindecim non ita pridem uno effossi loco, circa medium vrbis, ripa Draui, apud cerdonis cuiuspiam aedes, quorum duos mihi videre licuit. Aduersa in vtroque eadem, caput Louis laureatum, pendulis aliquantum in frontem capillis, barba cripa, breuique, myracibus intortis, pinguis genis, naso prominenti. Aduersa in uno equum gradiente, dextro priore, laevo posteriore pedibus levatis, ac priores in-

ter II graecum elementum exhibuit, et supra equum virnae, qualium in hortis vñs, effigiem; in altero nulla pedibus inserta litera, sed quispiam equo infidens comparuit. Ambo ex argento puro, mole crucigerum nostratem excedenti, pondere decem et octo grossos aequante. Narratum ad haec erat mihi, ceteros quoque tredecim cum aduersa eadem, eiusdemque fere magnitudinis, fuisse. Similes hi numnis *Audoleontes* Audoleontis Paeonum regis, videntur, qui trecentos ac trigesinta annos ante Christum regnauit, seque sub Alessandro M. fortiter ad Gavamelę gesit, a) cuius rei argumentum II literam, quae *Paoeia* significarit, esse argutes. b) Quod si dicas, pecuniam hanc non Audoleontis, sed barbare cuiusdam gentis, quae graecas officinas in cwendis numis imitata fuerit, esse habendam, non reluctabor multum; quin vitro cedam, et, si velis, Pannonios ipsos imitatores Audoleontis adseram; modo pecuniam huiusmodi longe ante, quam Romani Pannoniam viderint, heic tractatam non negaueris. Lapilli etiam cum eodem Iouis capite in ruderibus ciuitatis nostrae comperti sunt, inter alios carneoli, in quo caput tam affabre sculptum adparuit, ut artem mirari debeas. Adde numeros consulares, quorum heic plutes eruti sunt; vidimus vnum C. Pisonis, in cuius aduersa caput diadematum, facie in dextram versa, capillis collum tegentibus ac non nihil inflexis, collo et facie oblonga, occipiti Σ. litera imminent. In auerfa porro eques cursu velocissimo, infra C. P I S O / P F R V, moduli quidem, ut sint, minimi est, at bene crassis, e puro argento.

a) Vid. Frölich Notit. Numism. tab. VIII p. 143, edit. Vienn. 1758, num. I.

b) Cl. Senerini Pannon. Illustr. Lib. II, C. III seqq. Pannonios a Paeonibus traxisse originem scribit; nos hac de re alibi commentabimur.

Graeca haec et Romana monumenta in vrbe hac ante Romanorum isthuc aduentum tractata non mirabere, si diuersa noſtris cum Atticis, Latinisque commercia, vt de succino est notum, iam olim habuisse meministi. a) Vrbis demum etymon indicare videtur, conditio eius quorundam referri debeat. Muria in vetustioribus Ptolemaei editionibus, vt Venet. 1562, MVSIA legitur; Pancirolus quoque Notit. Imper. Occit. ex eodem scriptore *Mysiam* legit; grecce scriptum fuerit vocabulum hoc *Mysia*. Eius radicem, si ab re nolis procul abesse, in Pannoniis repieres commodissime; quid enim *Mysi*, seu *Musi*, *Muxchi*, nomina e fonte *mux mas*, vir, deriuata sibi velint, nouere nostri quam optime: vt, si dicas *muxja zemlya*, *muxje mjeſlo*, *muxji grad*, in sermone Latio sit virorum terra, locus, clivis mascula. Istud simile vero esse probaueris e loco Plinii, b) quo is populos Draui accolas recensens, a fontibus ad ostia progressus, *Andritios* nuncupat ultimos. Ita quidem hi ab Harduino e Strabone scripti leguntur, sed ante correctionem ab eo factam in multis codicibus *Andritzeti* legebantur, c) et in Strabone non *'Andritzoi*, verum *'Andrijzioi* olim scripti fuerint. Vocabulum hoc, vti et alla multa in auctore isto, graecum est, a verbo *andrikoς*, mascule me gero, deriuatum, quod Pannionis *muxkise* podnosim exprimeret; *andri* quippe, id est, vir, gignendi casu *'andri* habet, ex quo *'andrijou* oritur. d) Inde factum est,

a) Vid. Plin. hist. Natur. L. XXXVIII, C. XI, edit. Berol. 1766. Conf. Bayer Opus. Ant. p. 413, seqq. edit. Hal. 1770. Locus hac de re lectu dignissimus.

b) Hist. Nat. L. III C. XXVIII, edit. Lips. 1778. cum not. Hard.

c) Vid. hist. Nat. Plin. loco mox citato, p. 747, not. d.

d) Putet quis leuem haec esse grammatomachiam; sed membrinorū simul ea, quae primo leua videbantur mortis, non sine pondere euallis postea. Nobis Dissertatione est adornata, qua Pannionis lingua Illyrica vñs probamus,

vt quod nostris patria lingua musko-slavni erant, Graecis idiomate suo ^{λατινο} compellarentur. Nihil nisi apud Graecos est, barbara nomina in suum vertere sermonem, in primis, si forent expressu difficiliora; delicati admodum in his fuere Attici, vt peregrina vocabula vel sua efferent dialecto, vel in suum idiomam penitus conuerterent. a) Hos imitati Romani, vt in plerisque aliis, ita et in re praefenti, *Sirmium*, *Mursiam*, *Sabriam*, in suum traxere sonum, *Aquincum*, *Bononiam*, sua etulere lingua. b) Vide sis Ptolemaei geographiam, in qua scribitur *Musia*, bene habere. c) Tantum de urbis nomine ac vetustate potuimus dicere. Accedamus Lapidem proprius. Milliarium esse epigrapha ostendit. Quocirca de Romana locorum distantias notandi ratione, mensura item nostra, cui vetus illa congruat, differere placuit ante, quam seu contextum inscriptionis luctremus, seu iter, quod exhibet lapis, ingrediamur; quatenus ea, quae dicturi sumus in posterum, explicentur facilius.

C A P V T III.

De viis Romanis, Lapidibus milliariis, nostraeque mensurae cum antiqua comparatione.

I. R OMANOS locorum distantias millenis possibus metiri solitos fuisse, veterum scripta loquuntur.

a) Talia sunt ap. Strab. L. VII. δεῖστρων, περιπόται, πρίζαι, cetera.

b) Efferenda, Majia, Sabaria; Budin, Milate; vt alio dicimus loco.

c) Cf. Schönwissn. Comment. P. I. p. 63, n. a. Mursiam a Murcia dea nuncupatam opinatus, quod et ipse olim opinatus eram, dum cecini:

Romanorum colonia Murcia

Nuncupata est a dea Murcia.

Sed ista tum quidem cecini ego. Nihil Romani ad liberam Pannonicorum Republicam.

Polybius Megalopolitanus, qui sub Ptolemeo Philometore claruit, hac de re differit in hunc modum: a) Βεβηκατικαι και στρατιώται κατὰ σάλις ὅκτω και πολλακούς; Interwalla Romani per octona stadia diligenter dimensi sunt, et signis distinxerunt. Octo autem stadia mille passibus aequivaluisse, Plinius docet, quum, *Stadiam*, ait, b) centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Tametsi vero stadia quedam, vt Censorinus obseruat, c) ab communis hoc longitudine diuersa forent, vti olympicum sexcentos pedes, pythicum pedes mille complexum) tamen, cum stadia haec non ita essent in usu, circa cummune, CXXV passibus descriptum, auctores pene omnes consentiunt. d) Ac de octonis quidem stadiis, in mille passus recensendis, Strabo^ς οὐ τοις αὐτοῖς ait, e) τὸ μίλιον ὀκτώσαδεν, ut plerique autem, milliarium octo esse stadiorum. Hildorus Hispanensis, *Stadium*, inquit, f) octava pars millarii est, confians passibus centum viginti quinque. Certum proinde, octo stadia in Romanum milliare unum censerit; hoc autem e mille passibus, unde et nomen accepit, consistere; pedes vero, vt Plinius habet, eidem sexcentos viginti quinque inesse: atque adeo passum Romanum quinque pedibus itidem Romanis circumscribi. Verum, qui longe ab Romanorum aeuo distamus, cum illa pedum mensura passumque multas subierit vices, nosque alia, ab veteri fane diuersa, vtatur dimetiendi ratione, ni mensuram veterem conferamus cum nostra, passus illos

a) Lib. III. Cap. XXXIX.

b) Hist. Nat. I., II., C. XXI, edit. cit.

c) De die natali Cap. XIII.

d) Dalecamp. in not. ad Plin. I. e. Roman. I. M. P. ait concludi stadiis 7, et semifisse.

e) Geogr. Lib. VII.

f) Lib. XV Orig. Cap. XVI.

pedesque nobis in usus non facile conuersuri videmur. Hoc itaque prius aliis expedire necesum est, in primis quod eam esse rem censeas, quae non sit in aperto posita.

II. E patriae filiis, qui singularem in re praefenti illustranda conatum adhibuerint, clarissimi Duuumiri sunt Stephanus Salagiūs, ac Schönwifner homonymus priori. a) Ille dissertatione de columna millaria ad Bedam reperta, b) hic vero commentatione in Itinerarium Antonini, c) argumentis quidem diuersis, sed rem eamdem pari diligentia ostendere adnisi sunt. Prior ita rem vniuersam declarauit, vt ab homine expedito, itinerique longiori accincto, adeoque gressu medio et connaturali, aequo item motu, intra viginti minuta nostrata mille passus Romanos confici intellegamus. Posterior, accepto pede capitolino, eoque ex Tabula Piccardi cum Viennensi collato, in milliare Romanum 777 hexapedas, minuta fractione adiuncta, resulit. Et istud quidem est, in quo vniuersae rei cardo stare videatur. Doctissimi postea viri ab se se tam dissidere vixi sunt, atque in diuersis abire patentes, vt, alterutrum dixerit rectum, non facile definire queas. Quod vbi ego penitus indagare, ac secundum utriusque doctrinam locorum distantias explorare studerem, compcri demum in verbis modo omnem esse controueriam. Quid ita? Sane: cum enim Cl. Salagiūi placita in examen fumerem, meque itineri plurimum quoque horarum darem, spatio viginti minutorum exegi omnino passus mille, horas spatio ter mille, duagrum sex mille. Cumque mihi oriretur dubium, effe-

- a) Tertius est Cl. Seuerini, cuius dissert. de modo inserviendi ritus veterum Pannorum ac oppidorum accepi, mea ita ad finem perduca. Modus hic quoniam auctoritate certius publici nititur, eamdem cum illo vim obtinebit.
 b) Edita Quinquecclesis 1780.
 c) Rudus 1780 prelum subiit occasione inaugurate Vniuersitatis.

ne hi, quos confeceram, passus Romani, an diuersi ab illis, occurrit, vt passus et singulos, et vniuersos mille ad mensuram Viennensem reducerem; quo facto, in priore quidem pedes quatuor, et octo pollices, in posteriore autem septingentas septuaginta septem hexapedas, cum excessu quinquaginta sex pollicum, deprehendi. Nolim porro existimes, passus a me ubique pares factos, quis enim id exigat? sed elusmadi, vt in aliis digitus, in aliis duo, aut pars quedam vnius, deesset, aut supereffret; hoc tamen obseruauit, maximam partem e pedibus quatuor et octo digitis confitente passum, atque in millario numero nonnisi duorum passuum excessum, vel, vti erant loca, defectum aduerti. a) Qua obseruatione habita, viros doctissimos in re eadem, quantumuis invitatos, conuenire vidi, et exilii gaudio. Ut porro de pedis Romani mensura certior adhuc fierem, censui eam mihi e Romanis operibus ipsis desumendam esse; quem in finem lateres, quos Romani sesquipedales dicebant, b) adhibui, quod integri et caracteribus notati, c) atque adeo indubiae Romani aevi reliquiae forent. Alios itaque horum compri longos 16 $\frac{1}{2}$, alios 16 $\frac{2}{3}$, ac demum 16 $\frac{3}{4}$ pollices mensurae Viennensis; lati communiter 11 $\frac{1}{2}$ pollices erant; vasti seu profundi 2" fere. Hinc si medium capias longitudinem, quae ex aff congruit cum latitudine, dicatus lateres sesquipedem longos, latos pedem (quales omnino sunt) in pedem Romanum polices undecim Vienneses et unam quintam venire aduertes; ac proinde nostrum pedem ad pri-

- a) Passum heic e dupli nostro vulgari constantem integrigito; vt qui motu pedis alterius trius ab extremo digitorum ad idem extremum pedis eiusdem censetur.
 b) De his vid. Cl. Schönwifner. Caldar. Rom. Part. II. Cap. II.
 c) Recensebimus eos Differt. huius C. V.
 D s

scum esse vi 15: 14. qua ratione in mille passus veteres imputabuntur 777 hexapedas, 47 pedes Viennenses. Et ita quidem obserua ego; quibus eo ad ductus sum, vt crederem 1) pedem Romanum Viennensisibus 1¹/₂ vncis proxime aequum. 2) passum veterem a dupli nostro vulgari neutquam diuersum; 3) ac proinde 56 vncias Viennenses, quae duos vulgares passus metiont, pedibus quinque Romanis fere 4) congruas. 3) in mille passus Rom. adcurate censi 777 orgias Viennenses, cum fractione minuta, quae negligi possit. 4) dupli ratione locorum distantias Romanae aetatis explorari posse, *passibus*, et *hexapedis*.

III. Huiusmodi rerum examine facto, diligenter investigati coepi, utrum a dimensionibus, aetate nostra factis, locorum veterum situs licet nosse; cum que praeter tabellam cursus publici suppetias nihil venirent, c) fidem eius, antequam sequeret, in examen vacandam censui. Iter Eszko per Danubii ripam Zemlinum usque institui, d) postaliumque stationum ordine, quo in tabella comparent, interualla, Iordanico praeceptore, notaui, quorum collatione inuicem facta,

- a) Ut quid enim *passus* et *pedes* nuncupassent Romani, si horum dimensiones vsi non suident? nisi forte alius, quam nostra sunt, membris eos fuisse dicas. Ipsam naturam Romani videntur imitati, quam barbara secula corruperent.
- b) Fere, dico; cum nemo adhuc exactam pedis Romanis veteris (qui etiam diuerso tempore diuersus fuerit) ad nostrum rationem exhibuerit.
- c) Ad passus nemo, quod sciam, exegit distantias. Horarum igit, curvili praeferim via, nihil certi probatum est. Orgis Vien. plura dimensus quidem erat immortalis nomine vir Iordanus, at in ipsis Danubii affinali non ultra Mohacitum progressus.
- d) Feris autumnalibus anni 1780, et 1781.

magnum fane inter utrumque districmen intercedere videlicet. Quod vt lectores clare perspiciant, calculi typum, quo postea, ac millaria, hisque respondentes hexapedas, 3666 in milliare medium recensae, vera denique locorum distantia, hexapedis itidem Viennensisibus expressa, continantur, exhibere idoneum putauimus.

ESZK	Pof.	Mil.	Org. Vien.	Genuina Org.
Véra . . .	1	2	7332	10560
Vukovár . . .	1	2	7332	8220
Opatovac . . .	1	2	7332	9150
Illok . . .	1 ¹ / ₂	3	10998	9450
Szafszek . . .	1	2	7332	7620
Cíferovich . . .	2	4	14664	7500
Pétervarad . . .	2	4	14664	10660
Besika . . .	2	4	14664	12240
Blaovcezi . . .	2	4	14664	13730
ZEMLIN . . .	2	4	14664	8640
<i>Summa . . .</i>	<i>15</i>	<i>31</i>	<i>113646</i>	<i>97170</i>

Ex hoc iam interculo cuius primo intuitu euudit perspicuum, tabellae cursus publici calculus a vera locorum distantia quantum abladat. Profecto, seu particularia stationum aggregata, sive in unum coacta species, diuersissima obseruas. Et summatur quidem differentia 16476 hexapedae, seu millaria Germanica quatuor, supra 1812°, aut, quod idem est, M. P. XXI, additis 159°, quantum vetusta loca itinere hoc inuefiganti obicem ponant, quisque prudens, et in hac re non peregrinus, aesculare facile poterit. Haec itaque cum meis identidem obuersa entur oculis, conarer que tabulam cursus publici cum meis, quas notaram, hexapedis conciliare, neque vila ratione id consequi possem, de fide eius primo dubitare coepi; tum, ne eam temere abieciisse videar, cogitare, an non pro metropoli magna, accipi in ea debeant. Cui proposito vi-

satisfacrem, quodvis milliarum dictorum e Rhenana
mensura in Viennensem reduxi, a) ratione 1400:
1391^{1/2} adsumta, quam pes Viennensis ad Rhenanum
habet, fractioneque missa, pars primo singulis statio-
nibus adplicui, tum et magna, quae dicunt, millaria.
Quo facto, casu priore numeri hexapedarum, qui ad
genuinam exhibendum mensuram crescere debabant,
perquam exiles; il vero, qui millibus debitam excede-
dunt quantitatem, non multo, quam ante, minores
comparuere, aggregato nequicquam excedente mensu-
ram. Posteriore autem casu, numeri iusto minores
parum, maiores in immensum aucti prodire, ut ag-
gregatum omnem superaret fidem. Hac edoctus expe-
riential nondum abiucere, cum maxime possem, tabel-
lam volui, putans, si forte ducatu eius loca quaedam
vetusta comperisse liceret. Quae fui; sed eo deduc-
tus ab illa sum, quo nulla vetustatis videre pote-
ram vestigia, longe scilicet alio, quam vbi reaps
mansiorum Romanarum rudera extiterint. b) Quibus
deum permotus, censui: 1) Nullam in cursus publi-
ci tabella mensuram certam, ne quidem temporis esse.
2) Eam ad situs locorum veterum non modo deter-
minandos, sed et inuestigandos minime idoneam. c)
Quis enim virorum sibi persuaderi finat, postales sta-
tiones tam adequare constitutas esse, ut interwalla ea-
rum plena vbiique millaria obtineant, neque sint $\frac{1}{2}$, $\frac{2}{3}$,

- a) *Paruum milliare*, vt Cl. Schönwilk. Comment. Proleg. C. IV, p. 14 habet, hexapedas Rheneuses 3333 complectitur; mediocri 3750; magno 4166. Quae ratione 1400: 1391^{1/2}, quam pes Viennensis ad Rhenanum ob-
tinet, conuerita in mensuram Vienn. dant pro millarii
pars 3312^{1/2}; pro mediocri 3726^{1/2}; pro magno 4140^{1/2};
cum fractione aliqua vbiuin.
- b) Vbi haec statui debeant, opere describam alio.
- c) Conf. Cl. Salig. Eccl. Pann. L. IV, C. II, n. XLIV.
Item Severin. Dissert. cit. §. 7.

auf 2 partibus milliaris vspiam destituta, auf abundan-
tia? Haec vero partes milliarum in vniuersa tabella
negliguntur. At quarta pars milliaris, in vnum si
3666^{1/2} ponis, 916^{1/2} hexapedas complexa, I. M. P.
superat; media M. P. II; tres quartae milliaris ac-
quant M. P. III, supra 417^{1/2} hexapedas. Si ter mil-
le passus tibi hoc loco negligi posse videntur? Tabella
neglexit. Praeterea, putabis tu idem esse cursus
publicus iter, quod olim Romanis erat? Aliud certe
est Eszko Vukouarum, nonnihil etiam Szotino Illokum,
longe aliud Petriuaradino Zemlinum. a) Ut non vi-
deam, si haec momenta in vaum colligas, quem de-
mum tabellae hac in materia locum dare possis.

IV. Hoc de fide tabellae doctus experimento,
cum aliud nihil hanc in rem auxilio veniret, arbitra-
bar ei, qui detegere oppida Romana vellet, prouinciam
oculis propriis lustrandam, distantes locorum ad-
cureate notandas, vias item, quae, initio a nota iam
quasi vrbis ducto, ad locum Romana habitatione
insignem, mensurae veteri apprime congruant, diligenter
explorandas esse. „Obstant enim, ut Jordanus
inquit, b) viarum compendio, quae olim non ob-
stiterant: vici et oppida, qua nunc via dicitur,
„nec non fluminum transitus, non vbiuin in linea re-
cta, inter locum a quo, et ad quem offenduntur;
„solum vel segetibus, vel hortis, aut aliis vibus de-
mesticis aptum, multoties a viarum ductu sequestra-
tur; acclivitates, ac cauitates in rectam lineam i-
cidentes, obambulantur; et multa alia per frequen-
tes pluuias, vel aliunde caussata, impedimenta tex-
poraria declinantur.“ Ita sane rem se habere ex-
perientia docti sumus. Ut adeo, nisi *autonavis*, Ro-

a) Mitto alia, que adduci possent, ea loco magis oppor-
tuno relaturus.

b) Appar. Geogr. num. 498 Sect. XXXIII.

manas habitationes morstrare nequeat. a) Id quoque a nobis obseruatum est, Romanos non ita ubique locorum interusalla dimensos, vt nihil penitus deesset millesis passibus, nihilque superesset: frequentius enim accidit, locorum situ exposcente, vt centum, tercenti quingenti etiam quandoque negligenter passus, et integra modo miliaria in censum venirent; aut, si ducenti pleno numero, tercentue passus deerant, octingenti ac septingenti pro mille usurparentur. Hoc et Cl. Vesselingius obseruat, b) dum „Vix putauerim, „aī, Romanos itinera ita dimitiri potuisse, vt intra „urbes miliarium ratio semper conueniret, neque centeni passus aut deficerent, aut excederent. Urbes „ipso in prouinciis inuenierunt. Eieri potuit, in dimensione inter hanc, illamue urbem XXX M. P. inuenirentur, nec quicquam summae superesset, deficiens; sed factum hanc dubie saepē est aliter. Centeni passus in Itinerario neglegi sunt. „Vt adeo superfitosi admodum esse videantur, qui situs locorum veterum inquisituri plena ubique miliaria exposcere velint. Ceterum, autētis gnavus id etiam detecturus est, definita expresso miliarium numero centeni passus, an supersint, quotque horum esse debant. Itaque, vt ad pristinam redeamus viam, is, qui Romanas habitationes inuestigare volit, pedestri id, currullue itinere consequi poterit. Priore quidem, si passus numeret, quos naturali motu fecerat; c) altero, si, peripheria rotæ mensurata, revolutiones observet. d) Quae ratio, re bene instituta, multo est

a) Conf. Cl. Senerin. Dissert. cit. §. 10.

b) Adnotat. Itin. Antonii. p. 5.

c) Duos nimittit vulgares pro uno sumendo.

d) Hoc sit, si radium notes, aut rotam quocunque loco, huiusque recusus diligenter censas, tum, peripheria mensurata, calculata incas.

commodior, ac etiam adcurior priore. Iam, exacto ad orgias itinere, quam obtinuisti summam per 777 diuide, quotus, qui prodierit, ostendet mille passus Romanos. Et istud quidem, fractione $4\frac{1}{2}$ pedum neglecta; quodsi vero hanc mittere nolis, ratione 9:7, quam passus Romani, nostra obseruatione, a) habent ad orgias Viennenses, accepta, propositum hexapedalium numerum duc in 9, factumque per 7 diuide, consequeris optatum in quotiente milliarum censum.

V. Vetus porro milliare, quod nostris 777 hexapedis, et $4\frac{1}{2}$ pedibus aequivalere diximus, quodque mille passibus apud Romanos circumscriptum erat, primis vocabulorum notis M. P. addito numero I, II, III, cet. quo totidem millia passuum intelligerent, signabant veteres. Idem alio nomine Lapidem nuncupare confuerant, eo fortasse, quod numeri, qui huiusmodi miliaria exhibebant, lapidibus inciderentur. Florus hic, de Scipione differens, sudiatur. b) „Iam non a tertio lapide, vt Hannibal ad Romam, sed ipsa Carthaginis portas oblidione quatiebat.“ Quod Lilius tria millia passuum ab urbe dixit. c) Velleius autem Paterculus, Hannibalis intra tertium milliarium

a) Ita inquam: varie namque Romanum pedem cum Viennensi contulere docti viri; alii, vt Iordanus Appar. Geogr. in I M. P. 788 hexap. et $2\frac{1}{2}\frac{1}{2}$ reconsuerunt. Alii eum Cl. Izzo Elem. Geogr. C. III, 785², 4². Alii alios inuenire calculos. Ipsum quoque capitolinum pedem a diuersis diuersa fuisse sumunt, ratione videntur. Ap. Cl. Schönwissn. Caldar. Rom. P. II, C. III, §. II. Conf. Comment. P. I, p. 10. Vnde factum, vt mihi ex ipsius operibus Rom. pedem hunc desumendum consuerim. An pes Rom. idem semper fuerit, vel diuersus, disputare nolim; pero tamen cum sucessione creuisse; vt in lateribus, acetate horum comperta, mensuram quoque actatis eius te compcriisse confeas.

b) Lib. II hist. Rom. C. VI.

c) Histor. Rom. Lib. XXVI, Cap. X.

castra conspicata. a) Leges quoque Romanae confr-
mant, Lapidem et Millarium idem esse. Vlpianus:
b) „Si quid intra centesimum milliarium admisum
„sit, ad Praefectum vrbi pertinet: si ultra ipsum la-
„pidem, egressum est Praefecti vrbi notionem.“ Hu-
iusmodi lapides ad singulos mille passus ab Romanis
ponebantur, iisque numeri eo inscribebantur ordine,
vt ad praecipuam vrbum, in ipsa, inquam, vrbe I
esset; c) tum in progreffio vias II, III, et porro,
dum ad aliam, itidem claram, ventum feret ciuitatem.
d) Et in Latio quidem, vt testes ~~autem~~ perih-
bent, M. P. hoc disposita ordine, conspicias hodie
vsque. In Pannonia nostra mille passus a Bregetione,
ab Aquinco, a Vindobona, incostos, Danubio se-
cundo processisse, columnae milliariae fidem faciunt,
e) quas et hic ad singula passuum millia fuisse positas,
e Romana confluetudine argua. f) Itinerarium Anto-
nini, ac Ierofolymitanum habent quasdam mutationes
ad sextum, octauum, nonum, ad vicefemimum, tricessimum,
cefera, fortasse *Lapidem*, seu millarium, a praecipua
quadam ciuitate remotum, eoque numero signatum. g)
Sunt praeterea columnae, in agro Pannonio repertae,
in quibus duo loca cum interullo ab se invicem no-
tata videoas, quales apud Marfilium h) sunt A MA-
LATA CVSVM scriptum referentes columnae qua-

a) Lib. II histor. Cap. XXVII.

b) Leg. II §. Itin. Dig. de offic. Praef. vrbi. Conf. Ne-
pos Attic. C. XXII. Plin. L. II, ep. XVI.c) In foro potissimum, atque adeo vrbe media, vt distan-
tiae peribent.

d) Vid. Cl. Schönwiffl. Comment. Itin. p. 115. Part. I.

e) Ibid. Sect. II, p. 88. Conf. p. 67.

f) Vid. idem ibid. pag. 93.

g) Exempla huius rei apud. Cl. Schönwiffl. Comment.
plura comperties. Vid. P. I, p. 33.

h) Oper. Danub. tom. II, tab. 47, edit. Hagae 1727.

tuor, cum distantia in duabus M. P. XVI, in vna
M. P. IV, in ea vero, quae Nestini reperta nobis
est M. P. XIII. Cuius quidem ratio ea esse vide-
tur, qua haec oppida singulari studio ab Augustis cul-
ta, viasque iisdem interiectas sedulo curatas arbitre-
mur; profecto Malatam et Cusum claras olim fuisse
ciuitates, earum vestigia, a) et quae in iis comperta
funt rerum monumenta, fidem faciunt. Ceterum ad
praecipuas vrbes numeri milliarium, longius etiam pro-
currentium, referri solebant, vt paulo supra vidimus,
et M. quoque Velserus testatur, dum „, obseruauit, in
„quit, aliquando, numeros a splendida aliqua colonia
„(etiam municipio) per centum passuum millia, et
„eo amplius continuari, neglectis intermediis oppidis
„minoris nominis. Exemplo est cippus haud procul
„Oeniponte, Seuero et filiis inscriptos, in quo numeri
„ad Augustam Vindelicorum longe dillitam referun-
„tur, VIAS PONTESQUE REST. AB AVG. M.
P. CX. b) Id est, Vias Pontesque restitut (Se-
narus) ab Augusta Vindelicorum mille passus centum ac
decem. Nostra quoque columna, quam illustrare consa-
mum, per illud AB AQ. M. P. CLX. indicat hoc e
milliaribus Romanis, quae inde ab Aquinco proce-
runt, centesimum ac sexagesimum esse. Alia, quam Mi-
trouicil repartam feribit Marfilius, c) postrema linea
M. P. XV exhibet, quo lapidem a praecipua qua-
piam vrbe quintum decimum signare velit.

a) Rudra Malatae, quam in Banofior pono, amplissima
fiunt, vti et Petriuaradini, sed iam in fundamentis. Eriz
de his quoque differendi locus.b) Ad fragm. chartae Peuting. Vid. Cl. Schönwiffl. Com-
ment. P. I, p. 93. Conf. p. 128, vbi A VIND. M.
P. II, id est, a Vindobona. Item, p. 101. A DRG.
tres.

c) Danub. Pannon. tom. II, tab. 41.

VL. Huiusmodi lapides milliarii, non nisi in viis publicis, militariibusque iussu Augustorum, notatis ante locorum interuallis, positi. Praefidum provincialium curae dabantur, qui collapsas vias reparare, aut novas ducere, in primis si exercitus ea iturus esset, easque ad singulos mille passus columnis, quae praeter numeros milliariorum nomen principia continent, distinguere necessum habebant. Huc *mensores* viarum et curatores relati sunt, quorum illi vias adcutate dimetri, et millia passuum columnis notare, hi curam in conferuandis, reficiendis, ac instruendis iisdem habere dehebant. Menorum Plinius quodam meminit loco,
 a) ita scribens: *Alexandri M. vestigis insistamus. Diogenetus et Baetor, itinerum eius mensores, scripsere. Curatorum vero nomen inter alia occurrit apud RR. Kerelichium quadam inscriptione, in campo Tropole comperta, cuius fragmentum in rem nostram sic habet: b) L. FVNISVLANO L. F. ANI. VETTONIANO TRIB. MIL. LEG. VI VICT. . . CVRATORI VIAE AEMILIAE COS. VII.* Quod legas:
Lucio Funisulano, Luci filio. Asia (de tribu) Vettianano, Tribuno militum Legionis sextae Vitricis . . . Curatori viae Aemiliae. c) Ex hac epigrapha colligas, viros honoratissimos curatores viarum fuille. Enimvero, sicut Romani in laudabiliter agendo prae se tulere industria, in publicis certe viis curandis, supra quam credas, diligentissimi fuere. Auctorem instituti ferunt C. Gracchum, sub an. V. C. 628 Tri-

a) Hist. Nat. L. VI, C. 21. edit. cit. Conf. L. VII, C. II.

b) Notit. Praelim. p. 6.

c) Duplex erat via Aemilia; una a M. Aemilio Lepido an. V. C. 567 Cos. construata, de qua vid. Strab. L. V. Linius L. XXXIX, C. XI. Plin. H. N. L. XIX. Altera a M. Aemilio Scauro facta A. V. 644, is Cen. forato; de qua vid. Strab. I. e. Viator de Vir. Illust. C. LXXII.

benum plebis, de quo Plutarchus in Gracchis, postea quam dixisset: Εσπέδετο προ τῷ διονυσίῳ, μηνιένδι εὖν στύδισse viis, paucis, quae sunt argumenti eiusdem, interiectis, orationem ita prosequitur: a) πρός δὲ τότος διαμετρόπας κατὰ μίλια ὅδον πάσας, (τὸ δέ μίλιον δέκα τὸ σάδιον δέκανον ἀποδεῖ) πλοας τελεῖσθαι, συγκεκριτέον κατέσησεν; ad haec viam omnes per millaria dimensus (capit autem paullo minus aulo Italiae milliarium) columnas milliarias, spatii signandi gratia, locauit. Idem curatus, vt omnia solebat, Augustus Cæsar perfecit, dum columnam auream, in quam omnes vias Italiae per lapides distinctae definiterent, in foro constituit. Plutarchus hanc in rem, in Galba de Othonē, ita scribit: Εβάδιζεν ἐς ἀγοράν, ἢ καροσοῦς ἵσησεν κλεψ, ἵνα δὲ τετραγωνία τῶν Ιταλίας ὁδοὶ τέλεων τῶν. Progr̄sus in forum (Romanum) ubi aurea columna est posta, in quam vias militares Italiae omnes definitur. Dio Cassius κατέσεν μίλιον; b) Tacitus id ipsum milliarium aureum, dicunt; c) singulari notione, vt Cellarius refert, d) qua non interuallum, sed columnam significarint. Huius mentionem facit Plinius, quem scribit: e) Eiusdem (vrbis) spatium mensura currente a millario, in capite Romani fori statuto, ad singulas portas, quae sunt hodie (sub Vespasianis) numero triginta septem. efficit i passuum per directum XXXMDCLXV.

VII. Studium hoc struendi vias, et lapidibus miliariis ornandi, non sola continebatur Italia, sed in Provincias quoque pari dimanabat contentione. Ro-

a) Ap Cellar. Geogr. Ant. L. I, C. XII, p. m. 58. edit. Lips. 1701.

b) Hist. Rom. Lib. LIV.

c) Lib. I. histor. C. XXVII.

d) Geogr. Ant. L. I, C. XII.

e) H. N. L. III, C. IX. Conf. Suet. Othon. C. VI. E 3

manis quippe, qui se ad fortiter agendum natos censabant, non fatis fore videbatur, si omne factum, quod ad fastigium laudis adducit, intra fines suae dumtaxat patriae delitesceret, nisi exteris simul ac remotis gentibus et provinciis idem innotescere posset. Quamobrem via *Valeria*, cuius meminit Strabo, a) in Sicilia, vetus strata in Thracia; b) utrumque opus Romana dignum maiestate, surrexerunt. In Gallia et Hispania, memorat Polybius, c) vias a columnis Herculis, et Carthagine noua, usque Rhodanum, stadiis graeco more distinctas fuisse. Memoratu in primis digna est via *Egnatia*, seu *Ignatia*, quam Strabo in Macedonia exsiftisse memorat, d) cum ita scribit: *Ex της Ἀπολλωνίας εἰς Μακεδονίαν ἡ Ἐγνατία έστιν ἑδεῖς πόρος τοῦ βαθύματος μεταξύ κατά μίλους, καὶ κατεγγέρεσθεν πέρης Κούτλαν, καὶ Ἐλευθερούπολιν.* Ab Apollonia (ad mare Adriaticum) in Macedoniam Egnatia via est orientem versus per passus distincta secundum milliaria, ad singula erecto lapide, sive lapidea columna, usque ad Cyperium (Thraciae urbem) et Hebrum fluvium. Et, ut de nostra quoque Pannonia quidpiam dicamus, Marcellius, diligens antiquitatim indagator, plures eiusmodi vias, cumprimis agro Sirmiensi, detexit. In charita quippe, quam Danubio Pannonicō praefixit, viam a Mitrouicz ad Vinkovce dicit, inde Ratsham, ubi Sauum traicit, dextrose Drini latere progrederitur. Aliam Eszko habet Sziszekum. Meminit alibi e) cu-

a) Geogr. L. VII.

b) Eutrop. L. IX in Aureliano C. XV.

c) Lib. III, C. XXXIX.

d) Geogr. Lib. VII, p. 322. edit. Paris. 1620 cum Com-
ment. Casaub.e) Oper. Danub. tom. II, tab. 19, fig. 1. Sed obliter-
ista notauit Marcellius. Nam agger ille non a Mitrouicz,
sed ab Iurak incipit, inque ortum progressus apud Pe-

Iusplam aggeris, a Mitrouicz adusque Kopinik, seu Kupinovam, protensi. Est quoque lapide strata, quam et hodie conspicias, Mitrouicior versus Gergurevcze, in boream. a) Plurimi's Pannoniae locis aliis vias, ad maiestatem Romanam exstructas, olim fuisse, tot lapides millarii, in ea reperti, fidem faciunt. Atque publicas huiusmodi vias, quae ab conditione sua *Regiae*, *Consulares*, *Praetoriae*, *Militares*, dicebantur olim, recta potissimum linea, construebant prisci, b) ex cum industria, splendoreque, ut precipua inter opera vias numerarent. c) Cumque subinde per loca palustria, et imperia, aut per fluuios, lacusque duci deberent, paludes ac fossae terra complebantur, flumina sternebantur pontibus, viis ita structis, ut superficiem tegerent lapides secti, margins vero altius non nihil nasceti, itidem e lapidibus, viam communient. d) Exitus porro viarum huiusmodi vel ad mare, vel ad oppidum quodpiam, aut fluum, vel ad aliam idgenus viam, patebant. e) Et olim quidem, libera scilicet Repub. Romana, vias, teste Rosino, f) ita siebant, ut planis ac directis locis allo pedes,

trovezi, locum ruderibus insignem, flectit in meridiem, Sauumque infra Kupinovam ad VI M. P. repetit. Po-
ne aggerem hunc vias olim fuisse, structura eius, et distantes locorum suudent, ut credamus.

a) Cl. Pray ex mappa Syrmii Rod. Fuesly, Dissert. V
in Annal. Humor, p. 85 meminit vias quadratis lapidi-
bus stractae, aggeris item hodie Bich nuncupati, eius-
dem operis; verum auctōr mappas plus, quam reple-
fit, viderat; nihil enim e quadratis lapidiis toto com-
paret Sirmio; locis autem memoratis ne vestigia quidem
aetatis Romanae, ac ne lapidis fragmentum.

b) Plutarch. in Graccho.

c) Borrich. de Ant. vib. Rom. Fac. C. XVII, §. V.

d) Plutarch. loc. cit.

e) Vlpian. I., I. ff. de loc. et itin. publ.

f) Lib. VIII, C. VI, n. XLII de Legg. XII. Tabb.

locis autem indirectis, aduersusque, *sexdecim*, in superficie latae forent. a) Verum, auctis populi Romani rebus, et ipsae viae incrementa cepere, ut situ etiam recto quinque passus in latum tenderentur; quem fuisse putamus *nostram*, et plures alias per Pannoniam vias, quarum vestigia usque videre licet. b) Haec de viis Romanis, lapidibus milliariis, mensura item veteri ac nostra, dicere volebamus eam ob rem, quod ad illustrandum LAPIDEM nostrum, quem iam lecturi sumus, operam collatura videbantur.

C A P V T IV.

Epigrapha columnae exponitur, et via Ripensis Pannoniae, Aquincum usque, illustratur.

I. PRIMVS, quod nouerim, hanc epigraphen vulgariter D. de Taube, opusculo germanice conscripto, quod *Slaoniae descriptionem* nuncupauit, sed adeo male luxatam, omnique solutam compage, ut aegre vocem in ea compriess, quae naemo careat. c) Alter est Cl. Schanwiseer, in hoc scientiarum generis Vir sane Doctissimus, qui eam sibi a Religiosissimo

a) Videntur et currua angustiores, quam nostri sunt, fuisse, ut innicem declinare possent.

b) Talis fane est *via lapidea* apud Mitrovicz, Romanae virtutis insigne monumentum. Procedit ea ab urbe in aquilonem recta, flexu modo circiter medium facta. Alta ut plurimum pedes 5; duos in basi terra occupat, tres alios muratum opus a lateribus et rudi lapide; huic glarea cum fragmentis lapidum incombuit. Lata superficie passus 5, tres muratum opus, duos terrei margines habent. Medio procuberat, leni a lateribus deuenexa tratus. Integra fere est, si lapides quosdam, ignorantia effossos, demas.

c) Lib. III p. 9. Ut vel inde censas de scriptis eius.

vito

viro, JOSEPHO IAKOSSICS, a) communicatis edidit nuperime, b) ac paucis, quae erant velutata erofa, restitutis, caractere vulgari exhibuit in Commendatione, quam ad *viam ripensem*, ex Antonini Itinerario, illustrandam adornauit; promissumque opere hoc fecit Vir Cl. c) se epigraphen, animaduersonibus chro-nologicis et historicis illustratam, Parte altera Commentarii, in adiecta inscriptionum velutistarum sylloge, exhibitorum; quas quidem animaduersiones, una cum Parte II, vehementer cupimus. d) Nobis columna nostra VI Kal. Novembr. an. MDCCCLXXIX, quum Buda hoc tradendis Humanioribus, arbitrio superiore, venisset, ea forma, eoque ordine literas exhibuit, quo haec in tabella, huic Dissertationi praefixa, notantur; hic tamen eas serie, qua hypothetac facili ponentur, cum interpunctionibus, ut aiunt, et solita vocum dispositione, quae in columna desiderantur, exprellimus.

IMP. CAES.
C. IVL. VERVS MAXIMI
NVS P. F. AVG. P. M. TRIB. POTEST.
BIS IMP. III. COS. PROCONS.
P. P. ET C. IVL. VERVS MAXI
MVS NOBILISSIMVS
CAES. FIL. AVG. N. DACI
CI GERMA. SAR. IMP.
MAXIMI.
AB AQ. M. P.
CLX.

a) Tum quidem Lectore Theologo, et Prouin. Definitore, hodie MINISTRO.

b) An. 1780, occasione inauguratae Vniversitatis Budensis.

c) Comment. Part. I, Sect. II, pag. 67.

d) Iam hanc terminaram Dissertationem, cum P. II. accepi-

Nemo adiuc erat, qui hanc integrum reddidisset. Taurius se ex tripode locutum putabat, cum dixit : *se
hiatus, et erosas literas restituere nolle; quoniam id eru-
ditu *ipsi facile facturi essent: imperitis autem nihil profi-
tarunt.* a) Quae oracula studiosis Antiquitatum mini-
me captantur. De Cl. Schöwifnero spem habemus
fore, vti fidem promissam breui liberet. b) Nos in-
terim hoc eam ordine legendarum putamus :*

*Imperator Caesar Caius Iulius Verus Maximinus
Pius, Felix, Augustus, Pontifex Maximus, Tribunicia
Potestate bis, Imperator tertior, Consul, Proconsul,
Pater Patriae. Et Caius Iulius Verus Maximinus
Nobilissimus Caesar, Filius Augusti nostri Dacici,
Germanici, Sarmatici, Imperatoris maximi. Ab
Aquino Millia Passuum centum sexaginta.*

II. Hanc in epigraphen ea potissimum adfere-
mus, quae ad Geographiam et Chronologiam spectare
videbuntur, cetera paucis complexuri. Ordine, quem
sequi lubet, primum occurrit nomen *Imperatoris*,
quod olim quidem non nisi ducibus bello gerendo su-
premis datum, c) postea principibus adhaesit. Flo-
rente siquidem Repub. Romana ii dumtaxat nomen
istud obtinebant, qui se in bello strenue gesserant, cum
essent exercitul praefecti, a quo Imperatores clama-

a) Verba eius Topogr. pag. 9 haec sunt: „ Ich will die „ Lücken, und die unleserlich gewordene Buchstaben „ nicht ergänzen: indem die Gelehrten solches leicht „ selbst thun können; den Ungelehrten aber wenig „ daran gelegen seyn wird.“ Bella interpretatio, so-
lo Taubio digna!

b) Monui, me conscripto iam opusculo Part. Comment.
II accepisse, in qua Virum Cl. circa lessionem ac sen-
sum epigraphes mecum idem sensisse multum gaudeo.
c) Cicer, de Orat. Lib. I Cap. XLVIII. Appian, L. II.

bantur; oppressa vero Rebub. Iulius Caesar Impera-
toris titulum sibi perpetuum fecit, a) quem postea se-
cuti principes diligentissimis passu comitabantur. b) Ille
porro, qui esset Imperator, duellum, vel auspicio rem
agebat; ductu, si bello praererat ipse; auspicio, si iussu
eius alter. Hac secunda ratione principes Romani,
qui Iulio successere, bella saepe conficiebant, auspiciis
more maiorum ante habitis. c)

Consulatus, et Potestas Tribunicia, magistratus pri-
mi, alter apud patritios, apud plebeios alter, libera
Repub. fuere. d) Hanc vbi depreffit Iulius, vt
omnia alia, sic et Consulatum in se transtulit vnum.
Ita quippe de eo Suetonius: „Praegrauant; ait, e)...
„ facta... eius, vt et abusus dominatione, et iure
„ caefus existimetur; non enim honores modo nimios
„ recepit, vt continuum *Consulatum*, perpetuum dicta-

a) Sueton in Caef. Cap. LXXVI.

b) Occurrit saepe in monumentis Imperator II, III, IV,
ac porro, quod innuit, Imperatorem, victoria tot vici-
bus ab hoste relata, sic ab exercitu clamatum. Inde
est in lapide nostro illud IMP. III.

c) De huiusmodi auspiciis eleganter Horatius L. IV Od.
XIII, pag. 215 edit. Venet. 1771.

Non, qui profundum Danubium bibunt,
Edita rumpent Iulia: non Getae,

Non Seres, infidiae Perse,

Non Tanaim prope flumen orti.

Nosque et profectis lucibus et facies
Inter iocosi munera Liberi,

Cum prole, matronisque nostris,

Rite deos prius adprecati,

Virtute functos more patrum duces;

Lydis remisso carmine tibiis

Troiamque, et Anchisen, et almae:

Progeniem Veneris cauemus.

Conf. Ouid. L. II Trist. v. 172.

d) Vid. Niep. Rit. Rom. Sect. II.

e) Caef. Cap. LXXVII.

“ furam, praefecturamque morum, insuper praenomen Imperatoris, cognomen Patris Patriae, ita tuam inter reges, suggestum in orchestra. “ Caesar Augustus, qui Iulio interempto imperium adiunxit, Tribunum se fecit perpetuum, teste eodem Suetonio, qui huius ita meminit: a) Tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua senat atque iterum, per singula iustitia, collegam sibi cooptasit.

Patris Patriae nomen honoris erat, quo Cicero Senatus consulito, extincta Catilinae coniuratione, est ornatus; b) quia hoc facto, dum periculum Reipub. imminens Patribus aperiret, ipsam ab eo liberarit patriam. Caesar idem, ex afferentatione, postea datum. c) Hunc imitati Augustus, Vespasianus, ac deinceps alii, Patris Patriae nomen perpetuo suis in titulis retinuerunt. d)

Pontifex Maximus, Antistes sacrorum supremus, e) pro munere habebat, omnem difficultatem, si qua in deorum cultu occurrisset, exponere; f) inanis, et religioni noxios, libros prohibere; g) Vestiarum condorem, ac disciplinam curare; h) annum digerere; i) suprema in sacrificiis vti potestate; ad summam, quid-

a) Aug. Cap. XXVII.

b) Plin. Hist. Nat. Lib. VII. C. XXX.

c) Did Lib. XLIV.

d) Sueton. Aug. C. LVIII. Vespaf. C. XII. Et de Augusto quidem: „Quod bonum, dicebat Val. Meijala in Jesus, faultumque sit tibi, dominique tuae, Caesar Auguste (sic enim nos perpetuam felicitatem Reipub. et laeta huic, precari exitimamus) Senatus te, pontificis cum populo Rom. consulutat PATRIAE PATREM.“

e) A Numa Pompilio primum creatus. Aurel. Vist. de Vir. Illustr. C. III.

f) Liu. Lib. I Cap. X.

g) Suet. Aug. C. XXXI.

h) Ovid. Fast. III v. 417.

i) Cic. de Orat. L. II C. XI.

quid facrorum spectabat ordinem ac integratatem, id Pontificis curae incumbebat. Et olim quidem honor iste vni e sacerdotibus, qui ceteros virtute preeiret, dabatur; sed postea, ambitione principam, hic etiam reliquis honorum titulis adiunctus est; a) qui, vt aliis Imperatoribus, sic et Maximino erat usurpatus.

Verum haec nomina videntur non satisfecisse nostro, vt qui praeterea *Caesaris* etiam, et *Caii Iulii Veri*, et *Pii, Felicis, Augusti*, adficerit; atque hoc vel afferentatione militis, quem is non modo virtute sua, vt Capitolinus sit, b) sed etiam premis, et lucris, sui amantissimum reddere conabatur; vel etiam proprio ambitu id Maximinus fecerit, vt natales suos quodam modo tegere posset: namque is, ne vtroquis parente barbaro genitus Imperator esse videretur, nomina eorum occuli preecepit, atque *Caii Iulii Caesaris*, Romanae Reipub. oppressoris, adsumto cognomine, barbaram progeniem tegere studuit. „Verebatur enim, ait Capitolinus, c) ne propter humilitatem generis barbarici a nobilitate contempneretur: meninerat pater tera se Romae etiam a feruis nobilium contemptum esse ita, vt ne a procuratoribus quidem eorum videtur.“ Quamobrem, vt postea meminit scriptor, ignorabilitatis regendae causa, omnes conshos generis sui interemit. Primit quidem principum Rom. temporibus ii dumtaxat *Caesares* vocabantur, qui a gente Iulia ortum ducerent; d) sed apud posteriores commone factum est nomen istud, successoribus, e) aut collegis, f) in imperio datum. *Augusti* vero, quod

a) Liu. Lib. II Cap. II.

b) In Maximino feniore.

c) Ibid. num. VIII.

d) Andr. Schott. Elect. Ant. Rom. ad calcem Rosini p. 907.

e) Bergier apud Pitisc. in Caesar.

f) Dio L. XLIII. Donst. d. V. R. L. III C. IV. Conf. Spartan. Ael. Ver. vbi et de vocis etymo.

honoris vocabulum primus in senatus accepit Octauianus, a) et in posteros transmisit, nec non Pii, ac Felices, ab exercitu saepe appellabantur; b) et Augusti quidem, ac Caesares, vti et Imperatores, plerique, qui Octavianum fecuti sunt, hodie usque, vulgo audiabant; non item Pii, ac Felices; quod haec denominatio vni Antoninorum familiae propria esset olim; c) quam, vti alias, ad humilitatem generis tegendam sumuit Maximinus.

Nobilissimi, qualis in columna Maximus dicitur, filii principum appellari consueverant. d) Potsuit Maximinus quoque id nomen filio suo dare eisdem ob causam, qua reliquos huiusmodi titulos adscuerat filii; sed et virtutes in iuuenie principe aderant, quae patrem in sui amorem pellicere valebant: speciosissimus quippe, et summae pulcritudinis princeps, Graecus et

- a) Sueton. Aug. C. VII. Quid. Part. I. v. 587.
 b) Harduin. Hist. Aug. e foliis nemis, in Flaviis Valerii, ita scribir de nostris: „Maximus non esse virtutis titulum, sed familiae cognomen, certissimo documento est, quod graece non Μάξιμος redditur, sed Μαξίμως, in numis antiquis. Sic Iuli Veri Maximini Aug. filius Iulus Verus Maximus, graece ΜΑΞΙΜΟΣ semper scribitur: quoniam et isti Maximino ab aula paterna Fl. Val. Maxima, cognomen Maximini, et filio cognomen Maximi, fuit.“ Sed, qui historicos etiam audiimus, scriptorem hunc foliis relinguimus numis. Capitolinus, qui a Maximino obitu an. 90 scriptit, melius haec, quam Harduinus, nosse poterat; *barbarus autem dixit ille Maximini parentes.*

- c) De Pii, Felicibus vid. Cl. Schönwisch. Calder. Rom. P. II C. VI p. 181 not. a. vbi eiusdem Harduin de praefecti subtilitates legas. Conf. Append. Comment. p. 147 et seq.

- d) Hi cum pueri essent, Nobiles; postea Nobilissimi, dicebantur. Vid. Leg. 2 de Magistr. Municip. Leg. 5. c. de feris. Originem titulus hic a Sept. Scuero accepit. Vid. Cl. Schönwisch. Comment. P. II p. 177 seqq.

Latinas doctus literas, a) lepore ad haec graio, et suavitate sermonis ornatus, amari sane poterat. Ex quo factum est, vt Alexander in epistola ad mestrem Mammæam de Maximino ita scriberet: b) „Mi master, si Maximinus senior, dux noster, et quidem optimus, non aliquid in se barbarum contineret, iam ego Maximino iunior, c) Theoclam tuam desisse; sed timeo, ne foror mea Graecis munditiis erudita, barbarum socerum ferre non possit: quamuis ipse adolescens et pulcer, et scholasticus, ad Graecas munditiias eruditus esse videatur.“ Et ipse etiam pater in pulcritudine filii superbierat, dum in epistola quadam, Ego, aiebat, cum propter affectum, quem pater filio debet. Maximum meum imperatorem, appellari permisi. d) tua etiam, ut populus Romanus, et senatus ille antiquus iuraret, se nunquam pulchritudinem imperatorem habuisse. His ornatu vestium et armorum accidente, in quo multum posuisse videtur Maximus, speciem in eo diuinitus lapsum merito dicere potuisse. Vtus enim est, ait Capitolinus, e) aurea lorica exemplo Ptolemaeorum: vtus est argentea, vtus et clypeo gemmato inaurato; fecit et spathas argenteas, fecit etiam aureas, et omnino quidquid eius pulcritudinem posset iuovere: fecit et galeas gemmatas, fecit et bucculas. „Vt NOBILISSIMUM Caesarem ab una pulcritudine nuncupare valeas. Et ita quidem de titulis hactenus dicta sunt.

- *) Capitolin. Maximin. iun. initio.

- b) Idem Ibid. num. III.

- c) Passim apud scriptores ita compellatum vides. In marmoribus et numis Maximus continuo dicitur.

- d) Sed non senatus confutio: Caesaris quippe nomen ad obitum usque retinuit, vt ex eodem scriptore Maximin. sen. n. XXII. patet; Imperatores non nisi Augusti erant.

- e) Maximin. iun. loc. cit.

III. Ut ad Maximumm redeamus. Progeniem
huius ita describit Capitoinus: a) „ Maximinus , ait , ...
„ sub Alexandro imperatore eruit ; militare autem
„ sub Seuero coepit. Hic de vico Thraciae vicino ,
„ barbaro etiam patre et matre genitus , quorum alter
„ e Gothis , alter ex Alanis genitus esse perhibetur ;
„ et patri quidem nomen Mices , matri Ababa fuisse
„ dicitur. “ Poterat sua virtute ortum barbarum con-
dere Maximinus , cum esset eo corporis valore , ut
tricenos etiam iusta una lassaret milites , forma praefe-
ra et magnitudine omnes simul excelleret , ac idcirco
Imperatori quoque summe carus esset ; potuit , inquam ,
humilem his virtutibus tegere conditionem , si eas pru-
dens custodisset : vegum barbarus animus cruditatis na-
tivae obliuisci nequitam potuit , quin omnia , quae
que in eo erant bona , aperitatem , superbiam , contem-
tu , feritatem morum , et crudelitatem ad infaniam usque ,
pefum daret. Postquam enim pacata Germania , vt Ca-
pitolinus habet , b) Sarmatianus venit , Sarmatis inferre
bellum parans , atque animo habens , concupiscentiae usque
ad Oceanum septentrionales partes in Romanam ditionem
redigere : plurima hec barbarus homo exercuit mala ;
cum „ delatores euocaret , accusatorum immitteret , cri-
mina fingeret , innocentes occideret , damnaret om-
nes , quicumque in iudicium venissent , ex ditissimis
hominibus paupertimos faceret , nec aliunde nisi na-
lo alieno pecuniam quaereret : deinde sine delicto
consulares viros , et duces multos interimeret , alios
scythicis vehiculis exhiberet , alios in custodia deti-
neret , nihil denique praetermitteret , quod ad cra-
delitatem videretur operari. “ c) Quam barbariem

a) Maximin. iun. num. III.

b) Maximin. sen. num. XIII.

c) Vid. Herodian. in vit. Maximin. ex quo noster sum-
ferit sua I. e. Conf. Cl. Schürwift. Comment. p. II.
p. 163.

abominati Romani , contra eum defectionem parans ;
denique hostem patrie dicunt. Quod ubi intellexit
ipse , vt erat homo ferus , furere adeo , vt oculos
eruisset filio , ni a custode tuisset remotus. Postea in-
juriam hanc , sibi a senatu illatam , vlturus , in Italiam
proficietur , et ad Aquileiam , praeftissimis quibus
que ducibus crudeliter caesis , vna cum filio , patre
tali et morte indignissimo , misere perit manus suorum ,
imperio duobus annis et sex mensibus administrato. a)

IV. Diutius videtur Maximinus in Pannonia com-
moratus , antequam iter caperet in Italianam : siquidem ,
vt supra ex Capitolino vidimus , pacata Germania Sirmium
venit , Sarmatis bellum instauratur. Atque vt in-
telligeremus etiam , qua anni parte isthuc venerit , ex-
peditionemque in Sarmatas parvit , docet Herodianus ,
ita scribens : b) „ Multis captiuis , atque ingenti ab-
acta praeda (ex Germania) inflante hieme in Pan-
noniam reuersus est , intraque urbem Sirmium , quae
maxima omnium eius regionis habebatur , in hiber-
nis agens , ad vernam se fe expeditionem compara-
bat. “ Venit nimis , confecto bello Germanico ,
ad hiberna , vere profecturus in barbaros. Cum autem
Capitolinus dicat , concipientem fuisse principem usque
ad oceanum septentrionales partes in Romanam diti-
onem redigere , idque facturum , si vixisset ; intelligimus ,
expeditionem hanc , morte praeuentum , non suscepisse
Maximum ; aliud porro bellum intra hoc spatium
temporis ab eo gestum non legimus : unde conjecta-
num est , vt eum vniuerso tempore isto in Pannoniis
commoratum dicamus , ab exitu scilicet anni 236 , ad
mensem Iulium anni sequentis , quo ex Pannonia pre-
fectionem sumserit Aquileiam versus ; consuito enim

a) Laurent. Berti Differt. in Hist. Eccl. secul. III , Dis-
fert. V , n. V , VI.

b) In vit. Maximin.

senatus, patriae hostis nuncupatus est circiter VI Kal.
Iunias; a) occidit cum filio ad Aquileiam XIV Kal.
Octobr. b) ex quo, si medium teneas, colligere pos-
sis, circa Iulium an. 237 Imperatorem ex Pannonia
discessisse; cum nec senatus consultum istuc perficeret,
neque is ad Aquileiam extemplo esse potuerit.

V. Apud Pannonicos itaque manenti, aut e Ger-
mania huc redeunti Maximino erecta fuerit nostra co-
lumna, eo tamen modo, ut ante finem Martii mensis
an. 236, aut post finem mensis eiusdem an. 237, ob
Tribuniciam potestatem, quae in columna notatur, id
neutiquam fieri potuisse intelligas. Hac enim bis per-
functi non valebat Imperator ante XV Kal. Aprilis
an. 236, primo adhuc regiminis anno durante; liqui-
dem illico a morte Alexandri, quae 18 Martii c) an.
235 contigit, Augustus ab exercitu nuncupatus noster,
d) eodem die anno sequenti primum imperii annum
terminarat; ex eoque potestatem Tribuniciam II ad-
sumit cum secundo regiminis anno, quod bina hacc
passu pari currere solebant; anno vero 237, Martii
fine, Tribuniciam potestatem III. Ut adeo epigraphae
lapidis honoribus Maximini oblata sit anno Chr. 236,
ad finem mensis eiusdem. Quodsi tamen scriptorum,
qui Maximini vitam literis tradidere, perpendimus ver-
ba, prouum erit censere, columnam *inflatae hieme* an.
236 positam, atque adeo mense Octobri, aut Nouem-

a) Capitolin. Maximin. sen. n. XVI.

b) Si enim duobus annis et sex mensibus, vt Berti l. c.
habet, imperseruit Maximinus, spatium hoc ab XV Kal.
April. an. 235, vt idem l. c. meminit, ad XIV Kal.
Octobr. an. 237 durarit.

c) Berti H. E. loc. cit. Alexandri obitum in d. XV
Kal. April. refer, qui est 18 Martii, Coif. Seuero et
Quintiliano. Conf. Petan. Rat. Temp. tom. III, success.
Coif. p. m. 429 edit. Venet. 1758.

d) Vid. Capitolin. in Maximin. sen. n. VII, VIII.

bri, quo Imperator ad hiberna Sirmium venit, medi-
tatus in Sarmatas expeditionem vernam; pro qua viae
reparari, et lapides, sicuti collaborerentur, loco restitui,
deebant, vtique ante expeditionis initium, vere pri-
mo futurum, atque adeo auctumno, qui huiusmodi
labori mexime idoneus esse consuevit. At dices, Ma-
ximinum in columna *Sarmaticum* vocari, quod ille no-
men a deuictis non nisi barbaris, in quos profectio-
nem suscepturnus erat, habere potuit. Sane a deuictis
Sarmatis dictus est *Sarmaticus*, vt a Germanis *Germani-
cus*, atque ab Dacis *Dacus*; verum non ab expe-
ditione hac, quam in Sarmatas meditabatur modo, et
interceptus mortalitate instituere nequisit, Capitolino
teste, a) sed a singulari quopiam conflictu alio, quem
cum Sarmatis, Dacisque haberet Imperator, antequam
Sirmium pro hibernis accessisset, id factum intellexeris.

VI. Haec vt clariora fiant, Capitolinum, bella
Maximini describentem, audire iubet. Ita is de Ger-
manico: b) " Ingressus Germaniam transrheno-
nam . . . per CCC millia barbarici soli vicos incen-
dit, greges abegit, praedas fustulit: barbarorum plu-
rimos interemit, militem diuitem reduxit, cepit in-
umeros; et nisi Germani per amnes, et paludes,
et silvas confugissent, omnem Germaniam in Roma-
nan dictinem redigisset. " Ex his manifestum eu-
dit, cur Maximinus Germanici titulum usurparit. Non
ita perspicuum de *Daci*, et *Sarmatici* nominibus,
quod bella cum his gentibus acta scriptores, qui de
Maximino sunt commentati, non clare, vt Germani-
cum, insinuerant; tacite tamen id ipsum innuere vi-
dentur: sic Iulius Capitolinus, vbi plurima sub Maxi-
mino bella, praeter Germanicum, acta meminit, ex

a) Maximin. sen. n. XIII.

b) Ibid. num. XII.

quibus semper viclorem rediisse, et ingentia spolis, captiuosque adduxisse, Imperatorem scribit, Dacicum quoque, et Sarmaticum his accensuerit. a) Et ipse Maximinus quadam oratione ad senatum missa, de se ita: b) *Breui tempore*, inquit, *P. C.* tot bella gessi, quot nemo veterum; tantum prasdae in Romanum foliis attuli, quantum sperari non potait; tantum copiisiorum adduxi, ut vix sola Romana sufficient. Haec inter bella plerima potuit aliquod et in Sarmatas, Dacosque gerri, quos a provinciis Romanis Danubius tantum felinabat. Huc facit oratio Maximini alia, quam percepto senatus consulto, quo est Reipub. hostis iudicatus, dixit ad milites: c) „Sacrae commitentes, immo etiam mei consecranei, et quorum necum plerique militatis, dum nos in Germania Romanam defendimus maiestatem, dum nos Illyricum a barbaris vindicamus, Afri fidem Punicam praestiterunt: . . . factum Afrorum nobilis ille senatus agnouit, et pro quorum liberis arma portamus, hi contra nos XX viros statuerunt, et omnes velut contra hostes tentias protulerunt. „Barbari hi, a quibus Illyricum vindicarat Maximinus, Sarmatae profecto erant, Dacique, ut qui Illyrico obuersi, hoc, Romanis alibi occupatis, infestare conueerint. d) Atque adeo, quae antiqui subobscure insinuabant, clarissime expreflit columna, dum Maximum Imperatoris *Dacici*, *Germanici*, *Sarmatici* filium compellauit.

a) Maximin. sen. num. XIII.

b) Id. ibid.

c) Capitolin. Gordian. sen. n. XIV.

d) Porfan, cum bello Germanico Romani detinerentur, Sarmatae, Dacique infestabant Illyricum, ut conformem veritati opinionem adducit Cl. Schönwiss. P. II p. 165. Comment.

VII. Id praeterea ex hac triplici denominatione intelligimus, qua de causa Maximinus *Imperator tertium* in epigraphe dicatur, a tribus nimirum his gentibus deuictis, quod altero imperii anno, quem exhibet columna, fieri debebat. Neque ternarium hunc numerum sequenti vocabulo *Consuli* iunxeris, vt sensum obtineas, *Consul tertium*: Maximinus quippe *Consulatum*, vt in Fattis habetur, a) iniuit cum C. Julio Africano, Christi anno 236, Kalendas Ianuariis, mense imperii sui decimo, processitque *Consul primus* ad Kalendas vsque Ianuarii an. 237, quibus non iam hic, sed P. Titius Perpetuus, et L. Quinius Rusticus, leguntur Consules. Ut adeo ne secundum quidem, minus vero tertium *Consul* fuerit Maximinus. Nescio autem, qua ratione factum sit, vt *Dacicus ante*, quam *Germanicus* in monumento signetur Maximinus, cum liquido constet, hunc primam cum Germanis conferuisse pugnam, et postea cum reliquis, ni forte incisor, aut qui epigraphen huic dedit exprimendam, errauerit, cuiusmodi naevos in lapidibus compcrias non raro. b) Et ista quidem facere videntur, vt, viis circa Mursam refectis, columnam hanc milliarium honoribus Maximini, anno imperii secundo, Christi verso 236 ad finem properante, eretam dicamus. Itaque re, quae ad Chronologiam, et Historiam spectabat, absoluta, persequamur Geographicam, quae postremis epigraphes lineis continetur.

VIII. Compendia vocum AB AQ. M. P. CLX. legebam equidem. Ab Aquaco milia passuum centum sexaginta. Ex quo deducendum opinaber, lapidem

a) Apud. Petau. Rat. Temp. tom. III p. 456 edit. cit.

b) Id et Cl. Schönwiss. Comment. P. II p. 164. obseruat, vbi ex Pagio trianam hanc Maximini denominacionem adfert, primo *Germanicum*, postea *Dacicum*, denique *Sarmaticum* compellando.

nostrum eo loci positum fuisse, qui ab oppido, cui
nomen Aquincum, milliaribus Romanis centum ac se-
xaginta distitas foret. Aquincum Budae veteri con-
gruere, monumenta, quae in ea urbe sunt reperta,
omne dubium removent, a) vti super hoc pluribus
differere superuacaneum videatur. Quaerendum itaque
illud, quis esse debeat locus, qui, si Buda veteri
Eszekum proficisci, ad centesimum ac sexagesimum la-
pidem occurrit? Et tentatio Cl. Schönwiesneri locus
hic procul a ripa Draui, ad nonum quippe a Murfa
milliarium, in boream abesse debebat; sic enim diffe-
rit: b) „ Satis ipsa lapidis epigraphe manifestat, il-
„ lum a Romanis Eszekini locatum non fuisse, sed
„ primam stationem suam mutasse; ac forsitan non hac
„ solum vice, sed iam dudum alias; praesert enim
„ ab Aquinco M. P. CLX tantum, cum tamen ex
„ Antonini itinerario constet, Mursam ad centesimum
„ sexagesimum nonum ab eodem Aquinco lapidem ste-
„ tisse, “ Ego vero, pace doctissimi viri, lapidem
loco, quo eratos est, mouere non ausim, idque plu-
ribus de caussis; 1) quod hic in Romano aggere
ipso, cuius supra meminimus, est compertus; 2) quod
in basi, e Romanis lateribus structa, insiebat; 3) quod
hexapedarum 6990 internum, a lapide ad usque
Laskafalu, loco eum tolli non patitur. Quoad priora
duo Vir clarissimus non adaccurate informatius videtur,
vt qui palude, nescio qua, demersum, c) et pylea in
alteram Draui ripam, intra Eszekini moenia, suffe trans-
latus adserit: certum enim est, loco, quem descripsi-
mus, quicke hodiecum insignie habetur, ostendique re-
rum curiosia solet, repertum esse lapidem; certum item,
eum in alteram Draui ripam, aut, quod amplius est,
intra Eszekini moenia, translatum suffe numquam. Po-

a) Vid. Id. Comment. P. I, p. 85 seqq. Conf. Calder.
Rom. V. II C. XL.

b) Id. ibid. p. 67.

c) Comment. P. I, p. 67. Conf. P. II p. 166.

stremum vero ita commonstro. Lapis noster loco, a
Draui ripa dextra, ab ipsis videlicet urbis ruderibus,
1170 hexapedas remoto, effossis mihi quoque primo
contuitu ingerebat, vt suspicarer, eum loco, et forte
saepius motum fuisse; numerus quippe orgiarum ab
itu eius Mursam usque adeo inaequalis comparuit, vt
vnum quidem vetus milliare excederet, duo autem
neque ad medium urbis efficeret. Hoc interea missio,
interuum a lapide ad Laskafalu tam via communi
per Dardam, quae in occasum deflectit, quam veteri
quadam recta (cuius pars infra Laskafalu ad primam
usque cauponam superat, ceterum agris potissimum ces-
sit ac siluis) dimensus, ibi 7630 hexapedas, a) hec
6990, comperi; hisque ad mensuram veterem redu-
ctis, in priore adgregato fere X M. P. obtulit, in
posteriore IX accurate. Quibus cum distantiam, quae
a lapide ad ripam Draui dextram occurrit, addidit-
sem, hic millaria decem, cum excelsu 491 passum;
illic undecim cum 314 passibus, deprehendi. Quae
cum ego penitus intuerer, adductus eo sum, vt cen-
suerim 1) Viam Romanam, missa in occasum Darda,
recta versus Laskafalu, aetate Maximi, processisse.
2) Mursam a Murfella, quam isthie statuimus, quadrin-
gentos nonaginta vnum supra decies mille passus distatam.
3) Atque hoc interuum, ad nouum a Murfa minore
lapidem, positam fuisse columnam milliarium, eo plane
loco, quo ab operatis eruta fuit. b)

a) Est quaedam via breuior (vid. tabell. lit. g) Dardam
versus, mox a ripa Draui in occasum deflectens, per
palustris, Draui non nisi minuto, progrellat; sed que
destruetis ad Eszekum pontibus instituta sit, et non
multo minus compendium, quam publica hodie, obti-
neat.

b) Vide hinc, quod supra C. III monimus, Romanos
non ita locorum interuum dimensos, vt centenos non
negligenter passis: hic enim 491, quin, si ad urbis me-
diun procedas, amplius, praetermissi sunt,

IX. Verum, dices fortasse, qua ratione CLX M. P. in lapide scripta subfident, si Muria ab Aquino CLXIX M. P. vt ex itinerario Antonini colligitur, disiuncta erat? Aio in primis, iter Antonini ita constitutum non esse, nec potuisse constitui, vt ad secula fam priora quam posteriora, quibus itinera saepe variata erant, extendi valeat: Profecto Tabula, quam dicimus Peutingerinam, iter quoque Ierosolymitanum, quod alias Theodosianum audit, monumenta scilicet, vti itinerarium Antonini est, Romana, eadem saepe via numeros miliarium alios, alia quoque locorum nomina recentent, iis, quotum distantiam exhibere volunt, interposita. a) Quod argumento esse videtur, flexus viarum intermedios, vti rerum adiuncta tulerant, saepe variatos fuisse; vt, si ambages recto adderentur ductui, miliaria fierent plura, pauciora vero, si diverticula tollerentur. Deinde, ipsum quoque iter Antonini eadem saepe inter loca numero miliarium variat, b) vt modo longiorem eo tractu, modo breuiores viam fuisse indicet. Sane, vt non unum iter hoc vidit seculum, ita complures subierit vices. Postremo, si hodaeporicon istud occidentali imperio ad occasum vergente ultimam, vt erudit obseruant, accepit manum, non eas utique ostenderet vias, quae sub Maximinis, florente scilicet Repub. Romana, erant in usu: duo enim secula, et quod amplius est, incursu barbarorum frequenti, aliisque temporum iniuriis,

- a) Id mediterraneum iter Muria Peutingeriana, et ripense Muria Aquinezia, vel obiter lustranti clarum enadit.
 b) Vt e. g. mediterraneo itinere, edit. Venet, sec. XVI. Sirmio Treacros, habet Vlmos... Cugalis M. P. XXIII. Alio vero loco Sirmio Salona, Vlmos... Cibalis M. P. XXII. Item priori itinere, Sabaria... Satrabantia M. P. XXXIII. Moteno XII. Vindomona XXV. Sabaria vero Vindobonam, Sabaria... Scarabantia M. P. XXXIII. Muteno XVIII. Vindobona XXXVI. Et sic pluribus locis aliis.

multum fane viarum situi obesse poterant. Haec vniuersa eo spectare videntur, vt, quemadmodum aetas Maximini, cuius nostra meminit columna, itineris Antonini postremam correctionem longe praecessit, ita breuiores quoque viarum ductus, quam postea fuerint, obtinuisse censemur. Quocirca, cum lapis noster CLX M. P. uno amplius, Itinerarium autem CLXIX M. P. ab Aquino Muriam, exhibeant, adeoque diversa subinde via progreedi videantur, vt hoc Ripensis vias intervallum clarius nancisci queat Iumen, iter Eszko Budam usque ingredi, et curiosius perlustrare, atque sic vetusta cum hodiernis conciliare, necessum fore duxi. Huic itineri facilius confiando ducatum praestabat laterculus duplex; prior vetusta locorum nomina cum interuallis eorumdem ostendet; posterior usitate hodie vocabula, quae antiquis respondeant locis, cum mutuis illorum distantiis, ad hexapedas Viennenses reactis, exhibebit.

<i>Ex Itin. Antoni.</i>	<i>Tabula Peutin.</i>	<i>Ptol. Geogr.</i>
MVRSA M. P.	MVRSA mai. M.P.	MVSIA grad. lat.
Ad Nouas et	Murfa minor . X.	Murcella 46. m. o.
Aureo monte		Pafus 38750.
Antianis . . XXIII.	Artiana . . X.	
Altino in medio		
Lugione . . . XXV.	Lugione . . XII.	Lugion. 46. m. 30.
Ad statuas in medio		Pafus 37500.
Alisca ad tatus		
Ripa alta . . XXVIII.	Alta ripa . . XXII.	
Luffunio . . . XVIII.	Lufisione . . . X.	Luffon. 46. m. 45.
Anamatia in medio	Anamatia . . XV.	Pafus 38750.
Intercisa . . XXIII.		
Vetus Salinas in medio	Vetus Sallo . . XXII.	Salinum 47. m. o.
Matrica . . . XXVI.		Pafus 38750.
Campona in medio		
AQVINCO . . XXIII.	AQVINCO. XIV.	AQVINC. 47. 30.
		Pafus 37500.
	CXV.	CXXXI 250.

Laterculus hic ex Itinerario Antonini, Tabula Peutingeri, et Geographia Ptolemaei, vt ostendunt epigraphae, consitit. Primum illud Antiquitatis monumentum, quod omnibus retro feculis communi eruditorum consensu probationem accepit, ex Itinere per Danubii ripam a Tauruno ad Legionem XXX in Gallias, editionis Venetae feculi XVI, deprorsi, excepto Aquinci vocabulo (quod isthic *Aquinum* nominatur) et numero milliarum a Lugione ad Ripam altam, quem pro XXXVIII, qualis heic scribitur, e MISS. codicibus, apud Cl. Schönwissner citatis, a) XXVIII tamquam genuinum reposui. Tabula vñus sum ea ratione, qua Illustris de Iordan, b) excepta Muriae ab Antianis distanta, quam e mediterraneo partem itinere, quod Mursellam vsque idem cum Ripensi erat, partem e locorum adiunctis Antiana versus, ad. scripsi. Ptolemaei oppida cum gradibus ex Veneta an. 1562. editione adnotaui, passibus elevationi poli, atque adeo latitudini respondentibus, additis; retuli autem in vnum aequatoris gradum 75 millaria Rom. suudente Hasio. Ea vero potissimum de caussa Tabulam ac Ptolemaeum laterculo huic innectere volui, vt prisca monumenta, quibus Muriae ab Aquinco distantia monstratur, uno quasi conspectu videri vniuersa possint.

a) Comment. P. I Secl. II pag. 74.
b) Orig. Slavor. Part. Geogr.

Via publica hoc.

ESZEK	Gen.	Org.	Vien.	C.P.
Pons Draui	410			
Belye	3210			
Darda	2720			
Lajosfalu	3550	7332		
Keskeend	2330			
Monostor	3700			
Baranyavár	1630	7332		
Mohács	12870	14964		
Szekfű	7200	7332		
Bátaföök	6666	7332		
Szekszárd	9326	10998		
Tolna	6640	7332		
Paks	11109	14664		
Földvár	11920	14664		
Pentele	10853	10998		
Adony	8900	7332		
Ertin	7728	7332		
Hanzabeg	8626	7332		
Taban	9344			
Aquatica	1550	10998		
BVDA vet.	1600	1823		
	132382	137475	9	

Via Rom.

ESZEK	Org.	Vien.
Columna	1170	
Caporna	5540	
Laskafalu vet.	1450	
Keskend	2300	
Monostor	3700	
Baranyavár	1600	
Kölked	10270	
Mohács	2300	
Szekfű	6300	
Bátaföök	6666	
Szekszárd	5500	
Tolna	5600	
Paks	9400	
Kömöld	3000	
Földvár	8120	
Pentele	10853	
Adony	8900	
Ertin	7728	
Hanzabeg	8626	
Taban	9344	
Aquatica	1550	
BVDA vet.	3650	
	126017	

Quod priorem concernit Laterculi partem, eius columna prior hexapedas locorum, via publica occurrent, genuinas; posterior millaria tabellae, in hexapedas resoluta, 3666° pro vno summis, exhibent. Hanc e generali cursus tabella sumimus; illa experientio nititur terno; vsque Moháctium nostros inde ad exitum Budae australis Iordanis; ac deinde ad primas Budae veteris aedes Milleriano. Laterculi pars altera, viam Romanam indicans, profluxit e priore, vt in sequentibus adparebit. Ipsum iter iam ingredi placeat.

X. Itaque a Draui ripa australi, qua rudera Muriae, et in profunde pontis, habentur, aggeris, et in eo lapidis milliarii, ductu, adusque Laskafalu nume-

ras 8160 Vienneses orgias, quas si per 777^o, quot videlicet in I M. P. imputantur, diuidas, quotiens tem X M. P. cum excessu 390 hexapedarum, seu, quod idem est, 500 passuum Rom. obtinebis. Itineraria exigunt, rerumque adiuncta, vt hoc *Mursellam* statuimus loco. Rudera sunt vici huius agro, *Pusztá Laska-falu* Hungaris, *Zigemir Post Germanis*, loci hodie incolis, dicto, quae oppidum heic olim, dum res stabant Romanae, stetisse demonstrant. Alia fuerit *Mursella* itinere *Sabariensi* occurrens, quam supra memorauimus.

Ab *Laskafalu* via in boream primo usque *Keskend*, postea in occasum non nihil aestium tendit ad *Moneftor* usque, hinc *Baranyuvarus* in plagam eamdem, recta per paludes eidem aditatis, missa in dextram via publica. Vnuersum hoc interuallum 7660 asquat hexapedas, quae millia passuum X prope faciunt. Iam vero, vt ager hic, quem ab urbe progressi mensurae subiecimus, lectori ad vetusta determinandum loca notior euadat, stationem ad *Moneftor*, locum pede montis situm, figere libet, quo plagam omnem usque Drauom intueri valeamus. Mons hic, quem dicamus *Monfloriensem* (a praeципuis enim locis eidem vicinis accepit nomina, vt *Szilvijensis*, *Veres-martensis*, cet.) in orientem procurrens Danubio tenus, includit regionem cum Drauo, terna veteri via notabilem. Una est maxime orientalis *Tabulae*, vt aijunt, *Peutingerianae*, cuius Cap. II meminimus, quae Drauo infra *Mursam* traejicit, Donatiana primo (*Szőlős*) tum in occasum hibernum versa per *Keskend* Antiana penetrat, quinis ac vicensis passuum milibus a vico ad *Labores* nuncupato, quem in Draui statuimus tipa australi. Altera, media regione ab urbe progressa, quam paulo supra dimensi sumus, *Tabulae* que ad *Keskend* iuncta, vicensis mille passus Antiana usque numerat, quam aeuo *Maximini*, ac florente Repub-

in vnu fuisse existimo. Postrema est via Antonini, quae ponte quidem et aggere sociam se priori iungit, sed mox vt eluctata est in agros, licta in boream comite, hodierno adhaerens cursui primam usque ab *Darda* cauponam, II M. P. ab ea in septentriones remotam; heic vero cursu publico in dextram, qua *Laskafalu* est, misso, recedit in occasum III M. P. a caupona paullo ante memorata; quo loco rudera quaedam, *Cjemin* accolis dicta, hodie quoque videose. Inde boream repetit, locumque ad *Nouas*, fortasse tabernas, II M. P. a *Cjemin* remotas accedit, quem nostri *Hilé* vocant, insignem priscis medio nemore, quod heic vastissimum est, ruderibus. Ab *Hilé* vero flectit in aestium orientem, ac post III M. P. saluat ad *Keskend* focias, et in earum contubernio *Antiana* progreditur, vbi montem aureum apud *Moneftor* inuferat, confectis ab *Mursa* ad castra haec XXIV M. P. Ita se tres illae veteres, diuerso tempore diuersae, hac regione olim habebant viae. a) His ut biuia quoque, pro maiori claritate rerum, addamus, notari velim, aeuo *Maximini*, *Tabulae*, itinerisque *Ieroloiymitanii* primo ad *Mursellam* vias mediterraneas concurreisse cum ripensi, tum ad *Antianam*. Aeta vero hodoeporici Antonini ultima, biuium prius infra *Laskafalu*, ad locum *Cjemin* dictum; posterius in *Baranyvár* exstitisse, vbi et hodie. Apud *Keskend* porto trium, sed non uno visitatum tempore, occurrit, quo ripenses dumtaxat coibant viae, antiqua scilicet ea *Tabulae*; alia aeuo *Maximini* per *Mursellam* progressa; tertia itineris Antonini. Cursus hodie publicus participem se plurium hoc interuallo reddit, nullam

a) Provincia haec ad Suias Ducem, Notitia perhibente, sub Theodosios pertinebat, vt ex *Nouis*, et *Aureis* colligitur.

ex integro secutus; namque palustribus apud Ezeukum superatis, iter Antonini continuo legit ad secundum usque supra Dardam lapidem, memoratam paullo ante tabernam; inde vero nouam init viam, missa in occasum veteri, ac post I. M. P. ad secundam ab Dar- da cauponam, salutat aliam, aeuo Maximini vltimatam, et cum ea pariter usque Laskafalu procedit. A vico hoc nouis rursum vltimis ad Keskend, ubi antiqua subit usque Monostor, ac demum factio in orientem circuitu noua figit Baranyuaro tenus. Ex hac regionis huius descriptione videoes, florente in Pannoniis Repub. Romana vias longe breuiores, quam postea, fulisse, vti erat Maximino imperante a Marca urbe ad Antiana castra XX M. P. interuallo finita, quae sub Theodosiis quatuor alia priori summae addidit millaria. Quod iam locorum adiinet situm, insinuauit non ita pridem, adiunctis rerum, in primis renderibus priscis, ita poscentibus, ad Novas locum in Hale, montem Akureum in Monostor, Antiana denique in Baranyvar, statuendam. a)

XI. Baranyuari via hodie bifariam diuisa hinc Sziklósum in occasum, inde Moháctium petit in boream. Hac posteriore plaga aequor campestre, silvis non numquam, locisque viginosis interruptum, ceterum aratro subactum, in immensum patet usque Moháctium, colle modico, ad quintum lapidem, excepto, quem Bufalkicza ab insidiis nuncupat vulgus illyricum,

a) Nuspiam alibi Antiana locari possunt; hoc enim itinere, quod et Romani trimerant, vestigia porro habitationis antiquae nulla comparent; ibi vero, vbi nullae sunt huiusmodi reliquiae, frustra quaeras praefidia Romana. Praeterea locus ad Novas, hoc itinere occurrans, non debet confundi cum Novis, loco ad ripam Danubii sito, vbi equites Dalmatae statuia Theodosiano aeno tenebant, vtpote ab via longe in orientem dillito, eai Vetus-mart respondent.

quo infelix Hungarus se et patriam an. 1526, pugna cum Ottomano temere inita, perdidit. Collis hic in hemicyclum abit, iunctus ad occasum deciuo Harshano, omnemque planitiem campestrem, vulgo Mohatsianam, cum Danubio ab oriente, complexus. a) Ab hoc ad tertium fere lapidem arundineta, longe Danubium spectantia, occurunt, quorum occiduo margine via est Kölked usque, locum XIII M. P. a Baranyauro distitum, indeque Mohásium III M. P. interuallo, oppidum Danubii aliue minori distitum, pone quem, heic in hemicyclum abeuntem, IX M. P. ab Moháctio venitur ad Szektfö, quartam ab Ezeko stationem postalem. Haec, quam designauimus, via Antonini est, longior aliquantum ea, quae ante in visu erat, breuiore scilicet, hodiernaque affini, vt quae Kölkedum non deflexerit, neque Moháctium vetus (quod tamen cursui publico consuetum est hodie, propter domicilium praefecti) sed recta versum Szektfö fuerit progressa. b) Milliaris XXV, Antonini hodoeporico signata, interuallo ad Szektfö a Baranyvár omnino respondent, sed, cum duo ibi loca, vni iuncta numero, exprimantur addita in medio particula, nimirum Antiana Altino in medio Lagione, dubium enasci videtur, quod e duobus locis oppido Szektfö, tamquam distantiae termino, respondere debeat. Evidem circa vocis in medio significationem cum Cl. Schönwifnero vnum fentio, eam videlicet primo referri ad nomen praecedens; tum, quem respicit, locum in mediterraneis

a) Vid. Broderic. in Mohaef. clad. situm collis huius, et adnexae planitiem, sive describentem.

b) Et quidem itinere breuiori, ut M. P. XXIV dumtaxat hoc spatio conferentur; nam circuitus Danubii, qui supra Mohás fit hodie, et amplius indies redditivus, abeunte in fluvium ripa, olim non fuerit, ut ex Tabula quoque licet coniicere, sed recta Szektfö verius via patuerit.

positum, sic tamen, vt eum acceperit omnino, a) designare. Illud quidem arguas inde, i) quod loca quaedam, itinere hoc eodem occurrentia, vti sunt Gerulata, Aquinoctium, et plura alia, si locorum adjuncta perpendis, fide quoque Tabulae hunc sensum exposcere videntur: nisi enim Gerulata et Aequinoctium in medio ponas, et Gerulata supra Carnuntum, et Aequinoctium supra Vindobonam, contra scilicet, quam exigat Peutingeri Tabula, comparebunt. a) Imperii utriusque Notitia sic statua equitum Dalmatarum in Pannonia secunda disponit, vt oppidorum seriem, itinerariis contentam, seruet integerrimam: quidni et in Valeria id ipsum intelligi voluerit. b) Si ergo vocula in medio praecedentem adscit locum, vti adscire omnino debet, Lugio situm oppidi Szekfö obtinebit, Altinum vero vici Kilked, tam rudere, quam mensura, ceterisque rerum adjunctis id poscentibus. c)

- a) Mensuris viae id poscentibus, vt experiemur. Qua vero de caussa Itinerarii antior loca in medio sine milia-rium numero posuerit, nemo satis explicuit, nos autem id non agimus nunc, distantiam ab Aquinoctio Muriam exponere contenti; agemus tamen alias.
- b) Plura haec in rem argumenta Vid. ap. Cl. Schönwissn. Comment. p. I Seft. II, et passim. Couf. P. II Paragon. Ordo Iordanus Not. Campoua, Matrica, Vequiflina, Intercisa, ad Namentium, Lusfonio, Ripa alta, ad Statua, Florentia, Altium, cet.
- c) Székely recedit longius ab via ripensi, quam vt Altino subtiliter possit; occurrit enim in mediterraneis, respondetque Serse, vt alia commentatione dicemus. Et quid usque Székely, tam longe remotum, sit excurrere neccesse, si proprius viam ripensem vestigia Rom. comperiantur. Nyárad, locus a via hac 4600 in oceanum remotus hexapedas, viciniam, qui Bolyi vicum respicit, habitatione Rom. insignem obcinet; estique locus in colle memorato situs; sed cum longius ab situ ripensi via, vt II fere M. P. succrescant, Altinum hic trans-

Kölked enim a Danubio sat longe abest; Szekfö vero Danubii ripa, vbi a Ptolemaeo statuitur, a) consistit, atque vt olim, sic et hodie oppidi, mercatu et nundinis clari, nomine gaudet. b)

XII. Ab Szekfö eadem nobis est, quae antiquis erat via, Bátafzék vsque, quod fere ad nonum a priori lapidem remouetur. Inde porro via publica fere cum Antonino vadit, arcu factio infra Szekfzard vno, ac Tolnam versus altero, quem iter Pannoniis florentibus declinatur utrumque, c) progressum Bátafzeko recta Szekfzardum, indeque, Tolna in austrum relicta, Paksum. XXIX millia passuum, itinere Antonini scrip- ta, Tolnae ab Szekfö distantiam notant; d) nec enim vsque Paksum, vt Iordanus volebat, rectissimo etiam ductu pertingere valent: e) quin imo, missis quibusque diuerticulis, hac regione fieri hodie solitis, recto ab Szekfö ad Paksum tramite plus quam XLII M.

ferre non ausim. De vestigiis Rom. in Szekfö et Kölked vid. etiam Cl. Salagi. Eccl. Pann. L. IV C. II. p. 279, seqq. Tabula Peut. corrupta hoc loco est, XII M. P. dumtaxat exhibens.

- a) Geogr. L. II C. XVI, sub grad. Ist. 46, min. 30, et optimo quidem.
- b) Meminit huius Anonymous quoque, Belse regis Notarius, in Arpad: „ Edunec filio Ete dedit terram iuxta Dannibium, cum populo non numerato, et in loco illo, Eudu, subiugato populo illius partis, aedi- ficauit castrum, quod nominauit vulgariter Zecseu, „ eo, quod sibi fedem et stabilitatem constituit.“
- c) Ita Iordanus quoque sentiente, Appar. Geogr. Seft. XXVIII.
- d) Nam hexapedae 23132 per 777 divisus, dant M. P. XXIX cum 599°, quarum partem in diuerticula bodier- um imputes.
- e) Dicebat ille, tertiam fere partem ambagibus hoc tra- stu demi posse; at nimium dixit: nam quantumuis re- sta procedas, tamen vix $\frac{1}{2}$ tollere valebis.

P. habentur; ampliori numero futura, si Szekszárdum, Tolnámque inuiseris, quae ab Itinerario salutata omnino videntur. Cum itaque M. P. XXIX Tolnae, tamquam huius interuersali termino, respondeant, loca vero antiqua in hodoeporico ita fonsent: *Ad statuas in medio, Alisca ad latu, Ripa alta*, manifestum est (ni particulae in melius explicatum relictamus) Tolnaq Ripam altam congruere, loco scilicet ripa Danubii, eaque tractu hoc elatiore, sita; alia duo, velut in mediterraneis existentia, Szekszárd et Bátaszék: alibi enim vestigia Romanæ habitationis peripheria hac minime deprehendens. a) *Ad Statuas itaque Bátaszékum dicas, Aliscam vero Szekszárdum.* Tabula quoque, rectos potissimum ductus fecuta, missis quibusque locis mediis, Altæ ripas situm firmare videtur, cum eam ab Lugione XXII renouet miliaribus; in quo, si immensum illum ad Bátaszék ac Szekszárd hemicyclum evites penitus, vero habet simile.

XIII. Via ab Tolna publica recenset usque Paksum 11109 hexapedas, quibus si 3000^o, quae ad Kőmlöd, locum Romanis ruderibus omnino insigne numerantur, addas, aggregatum, quod M. P. XVIII aquiecaleat, obtinebis. Numerum hunc itinerium habet ab alta Ripa Luffunium usque, nulo interposito loco alio. Ptolemaeus *Luffunum, Δαρσάνων*, appellat, interque oppida regione hac Danubio adsit censet. b) Caracteres oppidi huius vereor ut alibi, quam in Kőmlöd, reperias; hic enim locus, conditio ne quidem exillis hodie, sed antiquis monumentis in-

- a) Certe infra Szekszárdum, ac Tolnam, nulla sunt, quantum haco mihi loca iterato iustranti cognita habentur. Et quid veritas ibi iuvat querere habitationes, ubi nulla earum vestigia existant?
- b) Geogr. L. II C. XVI sub grad. long. 43, m. 45, lat. 46, m. 45.

clutus, in Danubii ripa consistens, parietinas veteres adhuc ostentat, numerosque copia non exigua sive suo complexus rerum curiosis liberaliter exhibet. Itinerarium Antonini alia hoc tractu via progedi non potuit, nisi per Kőmlöd, seu, quod iam certo tenemus, per Luffunium; neque enim (siquidem ripam deferere nolis) aliam ab Tolna Földuarum versus magis compendiariam nouimus, nec alia esse potest, quam sit per Paksum, atque Kőmlödium. a) Tabula oppidum hoc *Luffunem* appellat, et ab alta ripa X M. P. recto nimurum ductu, sejungit. Maximini aequo, quod supra monui, cum diuerticula essent pauciora, vism Szekszárd, sive Alisca, recta Paksum, Tolna a dextra relicta, procepsisse, oppidumque Luffunum adiuisse, locorum adiuncta suadere videntur, et Romana vias ducendi consuetudo; vt tum quidem a Lugione Luffunum XLIII dumtaxat numerarentur miliaria, cum in hodoeporico Antonini XLVII notentur. Iustis de Iordan loca haec singulari conatu dimensus, alio Romanas habitationes ordine, quam posuerimus nos, hac regione collocat; Luffunum quippe circa Földuarum, Altam ripam in Pakso, Aliscam in Tolna, ad Statuas in Szekszárd oppidis statuit, et quidem

- a) Cf. Schönwisch. in Comment. P. I p. 77 seq. breuitem quamdam a Tolna versus Földuarum viam, quae circuuerit Paksum, describit, quae tamen nulla profecto est, nec vnguam erat. Dari quandam breuitem, quae ab Szekszárd progessta, trajecto Síružio, per vicum Tengelitz, recta Földuarum petat, montibus, et trans eos Tolna, Pakfloque procul in meridiem relegatis, certum est, sed quam pro Ripensi habere nequeas. Compendium ab Tolna Földuarum maius, quam sit per Paks, nullum comperves: quin, si locum quempiam supra Paksum ad 1 milliare Germ. ripa Danubii ponas, et infra Paks per montes eo profectiscares, vereor, ne duplo maius, quam velis, spatium conficeret debebas.

Peutingeri Tabulam potissimum fecutus; quae cum brevissimos, et quasi per aera, ductus exhibeat, viro cetera docillimo, dum loca, flexibus viarum secreta determinare vellet, imponere facile patuit. Dueram enim Tabulae huius, ac Itinerarii esse rationem, viti hac in re periti dudum iam obseruavere. a)

XIV. Cl. Schönwifner, vbi e MSS. *Regio et Neapolitanus*, distantiam a Lugione M. P. XXVIII cum Welleltingio adoptasset, b) paulo post aliam quoque lectionem adhibet cum hac rerum explicacione: „R„ cedere viam, inquit, a ripa Danubii indicat addi„ tum in medio: idque per longius hac vice spatium; „ quod ex eo colligi potest, quia veniendo *Aliscan* „ relinquitor a latere *Ripa alta*, Manlio scilicet, vt „ nomen indicat, aditum Danubio certum, „ porro sit, esse puto M. P. XXVIII notare *Aliscan* „ distantiam a praecedente Lugione. Dissensum „ vero codicum MSS. arbitror non sine ratione esse: „ sed illos, qui hoc loco M. P. XXXVIII retinent, „ censeo docere, quanto intervallo *Ripa alta* ab Lu„ gione dirimatur. Quamobrem trium horum locorum „ positus hoc iudico modo discernendos: nempe Mu„ tationem ad flatas intra Bataszek et Szekszardinum; „ proprius tamen ad hoc, ut ipse magis in medio seu „ mediterraneo sitam, colloco: *Aliscan* Tolnae ad„ moueo: *Ripam* demum altam prope Paksum relin„ quo. “ Et ista quidem cursus publici ducatu. Sed quid tot ambages petere necessum erat, vbi perius sunt omnia? Profecto locorum, quae existunt hodie, interiualla milliaribus Antonini adcurate respondent, op„ pidaque Romana suis omnino, vti videmus, depre

a) Vid. Cl. Schönwifner, Comment. P. I p. 45, 60, 134, et pass. Conf. P. II p. 46 seqq. 66 seqq. Item Passeng. a p. 307. Illustr. de Jordan P. Geogr. passim.

b) P. I Comment. p. 74.

hendunt stationibus. Quid autem necessum sit dupli„ cem pro uno adhibere numerum, certe non video. Discrepant codices MSS. in milliaribus XXVIII et XXXVIII? sane: sed ita discrepant, vt alterutrum modo ad exhibendam locorum distantiam adoptent, non utrumque milliarum numerum; e quibus si prior vt genuinus (qualis etiam est) usurpetur, cui bono aliis in censem venire debeat? a) Quomodo autem veniendo *Aliscan* relinquatur a latere *Ripa alta*, non intelligo. Si enim alta *Ripa* huius interiuallus terminus est, relinquiri ea hoc quidem loco haud poterit, quo minus ab itinerario audeatur; tantum enim abest, vt ab hoc termini distantiarum sint praeteriti, vt ii quoque, qui ad latus, et in medio existebant, petiti omnino fuerint, quod vel ex hac tenus dictis colligere valeras. Demum, ne minutissima quaevis referre debeam, *Ripa alta*, spectato nomine, Tolnae magis, quam Paksum, videtur conuenire: paullo enim supra montes pro ripa sunt, quorum pars in profluentem abiit, quales non hic solum, vt Iordanus dicebat, sed pluribus locis, vti ad Földvár, Pentele, Hünzabeg, alibi, viideas. Paksum vero, si oppidum intelligas, ripae elatio nulla est; ab orientali enim loci fine Danubius a monte seiuungitur, hocque in occatum, Szekszardum versus, ac deinde pone Bátaszékum procurrente usque Batinam, vbi Saruzias miscetur Dunubio, atque in hemicyclum sinuato, is in meridiem abit, Tolnique ripa dextra, hoc loco *altiore*, praetergressus, ad memoratam Batinam montium semicirculum diametri instar claudit. Quo spatio diffusa planities, absque mon-

a) Sane adgregatum M. P. ab Aquino Mursem erit aliud, si Ripam altam XXXVIII milliaribus a Lugione remoues: quippe non amplius M. P. CLXVIII, sed omnino CLXXVIII, numerabuntur.

ribus vallis, continetur. Ut adeo, si Ripam altam infra Paksum ponas, iuxta Danubium ea minime compareat; si ad montem, a ripa procul absit, necessum est; si supra Paksum, montes pro ripis offendas. Tolnae vero clata decurrit longiori spatio ripa, quae paucos ante annos adhuc erat *altior*, in primis qua nostri PP. domicilium habebant, sed que pars maiori in Danubium concessit. a) At, quid haec multis disputare oporteat, si e locorum distantiis *Alta Ripa* non nisi *Tolna* esse debeat? Lusfunium, ex quo digressi nonnihil sumus, repetere placitum esto, iterque susceptum prosequi.

XV. Hodie a Kőmlőd Földúrārum usque 8920, Iordanō teste, b) numerantur hexapedae, quae 800° propter ambages, paullo supra Kőmlőd, et alibi, hodiernū fieri solitis, ablatis, aequant millaria decem. Flexus quippe Danubii tractu hoc ingentes hodie sunt, dextram fluminis ripam in se se continuo trahentes, quales certe olim non fuerint, ut ex adiunctis cense re licet; quos euitatus longiori via progrederis oportet, quae iam uno millari Romano isthic euasit amplior. Földúrārum autem usque Pentelium (quod Pantaliani nostri appellant) comparentur 10853 orgiae Viennenses, quae, paucis additis, M. P. XIIII omnino faciunt; quamvis non videatur necessum, ut plena vbiique millaria, quae raro habentur, in locorum distantiis requiramus. Haec passuum millia in unum coacta euadunt numero XXIII, quod videlicet apud Antoninum ab Lusfunio Intercisam usque cententur. Cum autem hodoeporicon itud inter duo memorata

- a) Conf. Timon Imag. Ant. Hung. L. I, C. VII, p. m. 3¹ edit. Viena. 1762.
 b) Quippe a Pakis Földúrārum 11920° recenset; e quibus si 3000°, quae a Pak ad Kőmlőd sunt, tollas, residuae 8920° manebunt.

loca ponat Anamatiam cum particula in medio, et prīscæ habitationis vestigia, a) quae in Pentele manent, milliarium consensu, Intercisam sibi iure depositam, Anamatia Földúrāro, loco itidem vetustate claro, et olim a Danubio non nihil remotiori (hodie enim in ripa est) sequo iure obtinet. b) Iordanus, ducem secutus Tabulam, circa Pentele Anamatiam, et Lusfunium circa Földúrā, ut memorauimus locat. Cl. autem Schönwifner Anamatiam quidem Földúrāro adscribere videatur, sed hoc ibi fuisse ait, *vbi ripa Danubii a via publica multo remotior est*, quam ad Pentele: cum sit certum (vidimus quippe loca haec vice non vna) et viam publicam, et oppidum, hodie in ripa confistere Danubii. Intercisam porro dum fere uno infra Pentelium germanico millari quaerit, vereor, ut inueniat: illico enim a Pentelii exitu aequor campestre, Danubio in orientem longe remoto, aperitur, et vsque Földúrārum perdurat; cum tamen Intercisa, ut distantiæ terminus, non in medio, sed in ripa, vti Pentelium est, stare debuerit. c)

XVI. A Pentelio Adonium usque numerat Iordanus 8900 hexapedas, inde Ertsinum 7728: quae si fumanter in vnum, aequabunt XXI millaria. Itine-

-
- a) Broderic. clad. Mohacs. Per ripam Danubii, ait, ad Pentelium est itum, locum et ipsum (sicut de Eszek diximus) vetustate alicuius etiam Romanorum coloniae usligata feruantem.
 b) In Tabula ab Lusfione Anamatiam XV M. P. leguntur; sed, cum a Földúrā usque Pentele nulla compararent redere, ni pro XV legas XI, Tabulam, ut hoc initente toto, aliam tenuisse viam consensu.
 c) Compendium illud, quod Cl. Schönwifner. P. I Compendium. p. 78, circa Földúrārum describit, opera data praeterero: nam vt Kőmlődium, sic et Földúrārum, Itinerarii auctor accessit omnino. Vnde, quod n. B. ponditus habent, tute genescas.

arium ab Intercisa ponit, *Vetus Salinas* in *media*, *Matrica M. P. XXVI.* Ex quo fit, ut Matricam, distantiae huius terminum, supra Ertlin ad quantum lapidem statusmus, eo itinere, quod Hanzabegum dicit. a) Nullus, quantum memini, tractu hoc existit hodie locus, ne vici quidem nomine; extitisse autem eum ripa Danubii oportuit (quod *Vetus Salinae in medio* forent) a publica via in dextram non ita remote. Hunc Matricae situm distantia, inde Aquincum usque apud Antoninum signata, probat, ut videbimus postea. Nunc de *Vetus Salinis*. In medio ponuntur haec ab Itinerario, quod locum a ripa Danubii olim non nihil remotum fuisse ostendit. Tabula *Vetus Salinae* compellat, et *XXII M. P.* ab Anamatia remouet, quod vias interiuallum, recto scilicet itinere, Adonium fere contingit, cum publica etiam via Földváro Adonium non Amplius, quam *XXV M. P.* compierantur. In Adony insignia vetustatis monumenta et esse hactenus detecta, et indies detegi, patriae filiis, et etiam exteris, notissimum est; ut clarum hoc loco oppidum, Romanis rerum potentibus, extitisse nemo eruditus in dubium vertere posset. Tot sane lapides epigraphici, quorum non nullos vidimus ipsi, tot idola diuerso aeris genere fusa, tot statuae, ac numi, hic eruti, et in gazophylacia curiosorum translati, locum priscis temporibus nobilem fuisse demonstrant. b) Ptolemaeus quoque, dum inter oppida, hoc tractu Danubio adsit, ponit *Salinam* (sic enim appellat) sub

a) Si enim 2885° prior a Pentelio summae addas, 20513° habebis, *XXVI M. P.* aequivalentes.

b) Conf. Cl. Schönwifn. Comment. P. I. p. 81, seq. P. II p. 139 seqq. Locus hic apud vulgus nostrum audit *Czakurtalan*, ab Turcico *Cza-kert-allu-nu*, nunc libaret nos deus.

gradu latitudinis 47, situm loci huius belle confirmat: a) nam ubi Aquincum sub gradu lat. 47 m. 30, locauit, Salinum ab Aquincu triginta minutis, seu *XXXVII M. P.* in meridiem voluit esse remotum; b) quod ita se habere, fidem praefat Itinerarium, et via communis, quae hinc Budam usque a prisca non abludit.

Sed occurrit quispiam descriptae positioni hac difficultate: Adony est ad ripam Danubii hodie, quomodo igitur in *medio* (seu mediterraneo), ut postulat Itinerarium, existet? Cl. quidem Schönwifn. e) hoc it oppositis obuiam argumento: „*Adonium minorum* dumtaxat fluminis alueo vicinum esse certum est; constat vero *Ripam Pannoniae* non hoc minore, sed maiore, realtero, ad quem ab Adony plus quam duo passuum millia numerari possunt, terminatum fuisse. Interias etenim insula Csepel, quam in Romanorum partiter potestate fuisse, monumenta, quae ibidem quandoque reperiuntur, omne tollunt dubium. Quam obrem *Vetus Salina*, ut ut in hodierno Adony sita, haud male in *medio* (seu mediterraneo) relate ad extremam Pannoniae oram dici poterat.“ Sed, mea quidem sententia, difficultas nequaque superat: nam, si locum explicationi huic tribus, Matrica etiam in *medium* veniat necesse est, utpote ad eundem Danubii alueum, quo Salinum esse diximus, posita; quod tamen auctoris Itinerarii menti contrarium videoatur, ut qui Matricam ripa fluminis locatam intelligi voluerit, cum in *medio* poneret *Vetus Salinam*. Censeo itaque locum Itinerarii sic explicari posse: apud Adony

a) Geogr. L. II Cap. XVI. Conf. Cl. Schönwifn. P. I. Comment. p. 82 seqq.

b) Recensis in *i* aequatoris gradum *LXXV M. P.* ut monimus.

c) Comment. P. I., loco mox citato.

Danubii aliueus bifariam diuisus insulam non modicam efficit, qua profluentem repercutiente ripa occidentia indies tollitur, ut breui aedes loci in vndam tractura videatur. Paucis vero ante annis nulla hoc existebat insula tractu, sed uno orientali aliueo, ab Adony satis remoto, vniuersus hic Danubii ramus fluxerat, qui cum longius olim in solis ortum abiret (ut e vestigis coniicere licet) Adoniush in mediterraneo situ rite dici poterat.

XVII. Hac ratione situ Vetustalinae deprehensio, vterius Aquincum versus iter prosequamur. Ab Ertzin ad Erd, seu Hanzabeg fuit Iordanii calculo hexapedae 8626; inde ad primas Tabani, seu Rascianenses domos, 9344°, denique ad veteris Budae initium, auctoritate Milleri, 3150°; quae in unum collectae summam dant 21120 hexapedarum. Diximus autem paullo supra, Matricam ad quintum ab Ertzino lapidem exsistisse, quae distantia ab aggregato desunta relinquit 17235 orgias; his adde 500°, quae a primis Budae veteris aedibus ad hortum bonae memoriae Comitis Zichy (circiter medium coloniae Aquinci, vbi M. P. I fuerit positum) e charta Milleri censemur, obtinebis 17735 hexapedas, XXIII M. P. Itinerario adscriptis, omnino sequas. Itaque AQVINCVM, suscepti metu itineris, habemus, eo situm loco, quo vetus Buda consistit hodie. a) Quid autem de Campona, seu vt quidam habent codices, Campania, quam Itinerarium locat in medio, censemendum? Aio, Camponae situm optime conuenire Tettino, quod cursus publici Tabella duobus a suburbio Budae *Aquatica*, uno

a) Conf. Cl. Schönwif. Comment. P. I Sect. II. Caldat. Rom. P. II C. XI Salagi. Dissert. de colum. milliar. Jordan. Orig. Slavor. P. III. Marfil. Oper. Dub. tom. II tab. I.

ab Erdio, milliaribus remouet. a) Hic enim locus et positus campestris, et monumentis veteribus pro Campona iure potiori, quam vllus hac perimetro alias, decertare videtur. Totus quippe in campo fane iunctus ac fertili est, a Danubii ripa bene remotus, ruderis in terra delitescenti longo tractu, numis item, aliquis id genus antiquitatibus locuples, vt mirum sit omnibus, qui Ripensem hanc viam descripsere, praeteritum esse. b) Promontorium, quod Cl. Schönwif. volebat, c) dici Campona nequit, vt pote characteribus pro hac requisitis defititum; nam neque in medio est; neque vllum, quantum sciām, vetustatis monumentum sui gremio complectitur; et lapis millarius, d) apud Zytopoeiam repertus, vna cum domo hac longius a Promontorio absit, quam vt pro vetu-

a) Tabellam memoro, cum nec Iordanus distantiam Tettini a Buda signarit, nec Promontorii a Buda et ab Tettino recessum; quod tamen ab iis, qui VIII M. P. in Alexandri lapide signata explorabant, non aegre praestari potuit.

b) Meminit quidem huius Cl. Schönwif. in Comment. fin., sed P. II p. 234, quam ego partem, vt supra monui, absoluta Dissert. mea percepi.

c) Comment. P. I p. 84, seq. Quac hic Cl. vir de minore Danubii aliueo disputat, difficultatem, quam apud Vetustalinam adduximus, non tollunt; et aliueo quidem, vt ex adiunctis censeas, olim quoque iuxta Promontorium fluxerit; si quis tamen locus heic tum existit, cum hoc nomen et locum esse nuperum scismus.

d) Plures alii postea, vt Nouellae Vindob. perhibent, eodem reperti loco, diversus quidem Imperatorum nominibus, sed eodem VIII M. P. numero insigniti. At tu men heic olim lapides hi statuti fuerint, merito dubites, 1) quod VIII M. P. ad primas dimitasat Budae veteris aedes, non ad medium, vti deberent, pertinere dicantur; 2) quod spatium a Buda veteri ad memoratam zytopoeiam duabus horis, curruli itinere, describendum videatur.

state eius quidquam facere possit. a) Per Tettiny autem viam processisse veterem, lapides milliarii, circa haec loca eruti, b) et spatium hinc usque Hanza-begum lapide stratum, quod et hodie conspicias, fidem facere videntur. Tabula Peutingeri, breuissimas exquires vias, ab Adony, quod *Vetusallum* nuncupat, recta Ertisnum, et inde per vallem Tarnok, posne Kutya-vár, sic dicta quedam rudera, c) per Diósd vicum, eique adsum collem, Aquincum non minimo petierit compendio. Quod effi ita factum dicamus, tamen millaria, hoc loco in ea notata, mensurae, quam designant, non respondere manifestum est. d) Situm Aquinci Ptolemaeus egregie monstrat, cum

- a) Paucos ante annos euponae tantum conspiciebantur; neque alio nomine innominuit Promontorium, practerquam lapidum fodiinis.
- b) Vid. Cl. Schönwish. Comment. P. I p. 81, ubi epigraphen quoque lapidis adducit. Item p. 88. Conf. P. II p. 139, seqq., 145, seqq.
- c) Domum hic aestuarii Eugenii principis fuisse, vulgo intelloxi, quo is a Csepel insula venationis tempore locitus fuerit aduentare: unde a canibus, qui eam in rem hic adsernabatur, Kutya-vár Hungaris audierit locus. Certe structura vniuersa recentior est, ut ne fragmementum quidam lateris Rom. offendas; utrum in fundamento quidam horum dolitefest, incertum. Lepides circa haec loca reperti, e vicinia, in primis Tettino, huc pro memorato aedicio, et postmodum pro piscina, fuerint allati. Ut adeo, an hic castellum Notitiae contra Taurantem extiterit, sit dubio locus, maxime, quod Tautanti (si hoc Tettinum adseras) publica via occurrerent, Iriserarium non meminit. Potentiana quoque, ciuitas aetate media, Tettino magis, quam Kutyaúiro conuenit; hic enim praeter non tam arcis quam domus parietinas, nihil ruderum, aut fossarum tota perimetro video: ibi vero ciuitatis vestigia in fossis, in strato lapideo, cet. luculenta sine conspicias.
- d) Tabula hoc ripensi itinere pluribus locis corrupta videtur; neque tamen inter supposita idcirco eam nume-

rid sub gradu lat. 47, min. 30, statuit; probatum quippe est, a Cel. astrologo Maximiliano Hell, arcem Budensem obtinere poli elevationem 47 grad. 27 $\frac{1}{2}$, 16'', a) quibus adde 2', et 44', sicut habebis AQVINCI, loco Budae veteris ante memorato: nam hexapedes 1944, quae a domicilio memoriae optimae D. Maximiliani Jacob, ubi experimentum erat factum, ad horti supra dicti parallelum numerantur, b) 2500 passibus Rom. atque adeo 2', et 44', aequivalent ad curratissime.

XVIII. Hac ratione situ Aquinci solo Budae veteris detecto, metaque suscepit itineris obtenta, viam AQVINCO MVRSAM relegere placet, non loca, que coloniis duabus interiacent, rursum perlustrandi gratia, sed *Lepides*, ad vetus iter dumtaxat spectantes, recessendi, inque unam ponendi summan; quo adpareat, quantum ab Aquinco Murfa, florentibus Pannonis, remota fuerit; et an columna, ad Muriam reperta, millario sexagesimo supra centesimum ab Aquinco posita, non alio, quam, quo eruta est, loco exitirebit. Habemus itaque AB

raris: nam pluribus locis fidelissimam se praefstat, ut ab Tauruno Muriam usque, et in mediterraneis plerumque, praeterea loca quaedam habet. (Secuta vias singulares) quae nusquam alibi in monumentis reperias, ex ingenio autem ficta an prudenter possis dicere, nescio. Sua itaque Tabulam antiquitas maneat.

a) Vid. Ioan. Sajnovics Idea Astron. p. 77.

b) In charta geometr. Ioan. Ferdin. Miller, quam in Epit. Vicissitud. Bud. habet.

AQVINCO	BVDA	vet.	M. P.
Campoman	Tettney		XII
Matricam	supra Ertfin		XI
Vetus Salinas	Adony		XV
Intercifam	Pentele		XI
Anamatiam	Földvár		XIII
Lussunium	Kőműd		X
Aliscam	Szekfárd		XXII
Ad Status	Bátafzék		XII
Lugionem	Szekfö		IX
Antjana	Baranyavár		XXIII
Murfellam	Laskafalu		X
MVRSAM	ESZEK		X
		CLXI.	

Haec millia passuum in summam redacta, efficiunt, ut palam est, Romana milliaria unum supra centum ac sexaginta, quot nimis Lapis noster, CLX M. P. notatus, et uno ab yrbe milliari fonsotus, exigit. Et ista Maximini aetate, cuius titulum exhibet columna, in vno fuit via, a) non nihil videlicet brevior, quam sit ea, quae Romanis labente Republ. seruierat; haec enim octo milliaria seu collapsis prioribus compendiis, seu etiam Augustis diuerticula exquirentibus (vt Iordanus ait) longior evasit priore. Neque id mirum cuiquam videri debet: nam si monumenta, quae nobis non inuidit vetustas, perpendimus, facile

a) Oppidorum in ea occurrencem elegans sicut et ordo id etiam fraudere videntur: nequali enim sere intercalatio sub se se distabunt, ita nimis

Aquincum	M. P.	Euda	vet.	Org.	Vien.
Salinum	XXXVIII	Adony		29349	
Lussonium	XXXV	Kőműd		27873	
Lugionum	XI. IV	Szekfö		34166	
Musa	XI. IV	Eszék		34630	

opinabimur, vias, que prima Romanorum in Pannonicos dominatione recta plerisque ducebantur, postea, seu ob agros culturae datos, seu crebros barbarorum incursus, mutato priori ductu alium accepisse. " Omnia enim, Iordanus inquit, a) secus se habebant tempore Romanorum, . . . cum primum domini facti sunt provinciarum, Danubio superiore, et medio inclusarum; (quam postea) . . . Squalerant illae tum a deaftationibus Dacicis ita, vt Romanis liberum fuerit vias, qua vellent, rectillimas ordinare, vt militis, nec non commeatus, ad praesidiaria loca proprie ducendi potirentur facultate; non parcebant Romani sumtu in vias complanandas, sed profusi in id genus erant; labore autem tum a provincialibus, tum prae primis a milite exigere, tempora ea, ordinis et disciplinae auida, minime verebantur. " Ea quidem, digna Romana virtute, cura viarum primis Reipub. in Pannonia temporibus effloruit; sed posteriori aeuo, vt multa speciosa et egregia, ita haec in primis exolevit. Vnde factum existimo, vt via haec ripensis (non ago de aliis) cum olim brevissimis definiretur tractibus, sensim per ambages adcreuerit, dum ad ea fere, ac saepe maiora, quam quae hodie flunt, diuerticula veniret. Certe Itinerarium quod Antonini dicitur, prima sui conditione pauciora passuum millia numerarit, quam postrema correctione accepta, neque ambages illas Paksum inter et Bátafzékum, praeterea ad Moháctium, in primis vero apud Eszékum (quales ne hodie quidem fieri videoas) obiuerit, vt ex Tabula hac ripa, et Ietrosolymitano itinere in mediterraneis, arguere licet. Accedit postea incrementum hodoeporico Antonini, vt quemadmodum ipsae viae, sic et lapides mil-

liarii, siam fortarentur positionem; qui cum statione priori deuastationibus diruti vna cum via negligerentur, factum est, vt inuisi comperti locis magnum fasce eruditis faceſſerent negotium. Crescentibus porro viis et milliarium creuit numerus, vt, cum imperatore Maximino CLXI M. P. ab Aquinco Murſam effent, poste ad CLXIX M. P. usque augerentur. Quod factum censeo postremis Romanorum in Pannonia temporibus, ad quae ultimam Itinerarii huius correctionem retuleris; hodoeporicon quippe iſtud, si locorum nomina spectas, adiñe quiddam Notitiae Imperii, quam erudit acuo Theodosii iunioris conscriptam censerent, a) habere videtur.

Et iſta quidem ad phrasim geographicam, in columnis notatam, spectare videbantur, quae, vt omne ſpatium, quod est ab Aquinco Murſam, intelligemus, et vna de loco, quo ab Romanis columnis effusa, certi redderemur, exponenda vberius erant. Iam, quod nostram hac in descriptione attinet ſententiam, ita comparati ſumus, vt, si quis meliora docuerit, noſtra perofit, ei omnino adhaerere velimus. Non enim is adhuc nobis infedit animus, vt noſtra dumtaxat, quaſi optima, venditemus, alia queque, quantumque infirma videantur, vt cum Plauto loquar, vlipendamus. Quin imo, quo plures in arena hac certantes videbimus (quod fane futurum speramus) eo maiori adſiciemur ſolatio; quod enim dexteritas vnius efficere non poterit, vniua plurium virtus praefabit facilius. Reliqua nunc monumenta, solo Mutſano retecta, paucis commemorasse libet.

a) Vid. Pancitol. Praefat. ad Notit. Dignit. utriusque Imp.

C A P V T V.

*Aliæ hic erutæ Inſcriptiones Romanae, addi-
tis ſelectiōribus numis, exhibentur.*

I STVD ego caput coronidis inſtar adnecto prioribus, eo dumtaxat fine, vt collectae vna ſciliſſus conſeruentur epigraphæ, quae ceteroquin, ſicut et multis aliis contigit, iniuria temporum olim forſan periturae erant. His lectionem quoque adnecto meam, pueras item animaduertiones, locique ac temporis, quibus aut repertæ, aut a nobis deſcriptæ ſunt, mentionem; vbetiori earum interpretatione, atque ad res patrias adlicatione, aliis relicta. Numos ordine ſeculorum promiſicæ, nullaque ſexuum habita ratione, cum perigraphis, et vtraque eorum parte, retulisse ſatis putabam. Neque alii, praeter quam Elſekini reperti (habemus enim Sirmiensis quoque complures, et quosdam rariflimos) locum heic obtinebunt, et hi etiam non sine delectu.

VIRTVTI
ET
HONORI L.
VLPIVS MARCELLVS
LEG. AVG.
PR. PR.
PANNON. INF.
V. S.

Lazius hanc refert, a) item auctor Coloniarum Pannon. b) neuter tamen lectionem adiungit. Eru-

a) Comment Reip. Rom. L. XII, Seſt. II, C. VI.
b) Differtat. II Cap. V.

tam ad reliquias Mursae, suburbio inferiore an. 1570, in quodam MS. schediastmate legi; quam sic reddo:
Virtuti et Honori Lucius Vipius Marcellus, Legatus Augusti pro Praetore Pannoniae Inferioris. Votum soluit. Qui prouincias Augustales, seu Imperatorias, ex institutione Octavianoi, sortiebantur, Legati Caesarii pro Consule, aut pro Praetore, dicebantur; a) vel etiam Legati Consulares, vel sine quoquis adiuncto Consulares. b) Il vero, qui Senatoris gubernandis praeficerentur, Proconsules appellati fuere. c) Cumque Augustus Pannoniem, barbarorum incursibus obiectam, sibi referuerat, Praetoria illam potestate administrabat. Eum secuti Imperatores Pannoniem iurisdictione tenebant eadem, dato Praetoribus imperio ac potestate, d) usque dum M. Aurelius ordinem turbasset, atque ex prouinciis Consularibus Proconsulares, ac vicissim, instituisset. e) Ex quo factum est, ut Pannonia e Praetoria prouincia euaderet Proconsularis. f) L. Marcellus, qui Legatus Augusti pro Praetore fuerat, ac proinde Pannoniem dignitate praetoria gubernabat, imperium M. Aurelii praecesserit. Cumque Pannonia in superiorum et inferiorum paullo ante principis huius tem-

a) Leg. 20. ff. de offic. Praef.

b) Strabo Lib. III p. 166 edit. Paric. 1620.

c) Salmas. ad Suet. Aug. C. XLVII.

d) Nouell. 24, 25 in praefat. Conf. L. 6. §. de off. Praef.

e) Capitoline. in Antonin. Philol.

f) Septimius Suerus, teste Sparciano, Procos. Pannonicus fuit. Verum, non semper titulo Proconsulum gubernatae posse fuerunt Pannonicis, vt lapidum epigraphas ostendunt, in quibus Legatus Augustales, ac Propraetores, a Seuero leguntur. Dixeris itaque cum Cl. Schönwyl. Comment. P. II p. 144 Praesides hoc nomine ad initium usque secundū IV. perdurasse. Unde et Marcellus noster annis posterioribus Legatus Augusti esse poterat. Vid. si malem inscriptionem ap. euand. I. c. p. 141. conf. p. 128.

pora videatur diuisa, a) dicendum, epigraphen istam sub Traiano, vel Hadriano, positam, quod hi Antonino proximi essent. Quid, si Hadriano imperante, qui Mursam ad coloniae dignitatem evexit, Lucium, inferioris Pannoniae Propraetorem, in vrbe hic mortatum fuisse dicas?

2
**T. AVR. AVITVS
 VET. LEG. II. ADI.
 ANN. LXXVI VIVO
 SIBI. ET. VLPIAE
 APPIANAR. CON
 IVGLI. PIENTISSIME
 VIVI. SIBI POSVE.
 PV . . .**

Et haec in lapide tetragono, superne viri ac feminae effigiem praferente, muroque ad fores ecclesiae parochialis, suburbio inferiore, inferto, quem ego an. 1776 primum vidi, et hanc ex eo defunxi epigraphen. Erratum in MS. supra memorato reperi an. 1753. Meminit eius Cl. Kercelich in Praeliminariis, b) at non citra corruptelam. Nos legendam censemus: *Titus Aurelius Anitus, Veteranus Legionis secundae Adiutricis, annorum sex ac septuaginta, . . . posse publice. Legio secunda Adiutrix, e ciuibus Romanis consistens, statua habuit in Pannonia inferiore,*

a) Primus siquidem Ptolemaeus diuisionis huius meminat Geogr. L. II C. XV, XVI. Ante eum Plinius Hist. Nat. L. III C. XXVIII edit. Lips. cit. dixit: *Inde glandifera Pannoniae. Et mox C. XXIX, Pannoniae inservi aeno Pannoniam fuisse intelligas. Conf. Cellar. Geogr.*
 b) Pannon. Praelim. p. 12.

qua et Muria continebatur, collocata Dione teste a) a Vespaiano; perstitaque in prouincia imperatoribus Hadriano, M. Aurelio, Seuero, Gordiano, et Philip-
pis, vt lateres isthic effossi perhibent: b) quin teste Notia imperii, Arcadio quoque et Honorio imperantibus eadem statua retinuit. Quamvis porro et Muria in Pannonia inferiori censeretur, ac proinde hiberna quoque Legionis huius isthac locari possent; quia tamen tot inter lateres, qui e Muriae fundamentis prodierunt, nullus Adiutricis Legionis nomen exhibet; praeterea Titus noster *veteranus* dicitur, pui ab Legione sua procul abesse potuit: idcirco statua Legioni Adiutrici Muriae adsignare non ausim. Itaque, vt quid vero simile dicamus, videtur Auitus hic, miles emeritus, quietam cum Vlpia sua vitam in colonia hac delegisse, atque etiamnum viuo sibi et coniugi, vti moris apud Romanos erat, monumentum hoc, Legionis, in qua meruerat, nomine insignitum posuisse. Aetas factae inscriptionis e lapide nequit ervi, nisi hanc ob connexas literas **M** ad quartum seculum, quo ea scribendi consuetudo potissimum inualuit, referre velimus. Cum autem aetatis huius lapides epigraphici raro admodum comperiantur, et iunctae una literae priori iam aevo in visu fuerint, nostram quoque epigraphen quarto seculo antiquorem putaueris.

3

P. AEL. P. F.
SERGIA MAGNVS
D. MVRSA
EX PANNOPIA
INFERIORE.

a) Hist. Rom. p. 186 edit. Hamburg. 1750.

b) Vid. Cl. Schönwifn. Caldar. Rom. P. II C. VIII.

Inscriptio haec in lapide quidem Britannico est,
a) sed, quia urbis ac prouinciae nostrae titulum praefert, iure ceteris adnumerandam putas. Lectionem eius retuli supra. b) Quis hic Aelius conditio fuit, cum ipse nullam hac de re mentionem faciat, non facile quis definitur. Militem fuisse dicas. *Sergia* tribus, de qua se hic ortum innuit, vna ex XXX Romanis, c) a *Sergiorum* domo vetustissima sic nuncupata, et rusticis tribubus adscripta fuit. d) Epigra-
phe posita videtur ante Diocletiani tempora, quod Muriam in Pannonia inferiori locat, quae denomina-
tio, imperante Diocletiano, in *Valerianum* et *Pannonicum*
secundam abiit. e)

4

I. O. M.

M. VLP.

IANVARIUS

CORN. PROC.

AVG. V. S. L. M.

Hanc ita legas: *Ioui optimo maximo Mircus Vi-*
pis Ianuarius, Cornicularius Procurator Augusti, votum
solutus labens merito. Cornicularius libera Repub. Tri-
*buni plebis apud se habebant, quorum acta, plebisci-
ta, iussaque scriberent, ac feruarent. f) Postea vero*
sub imperatoribus, secretarii Praetoriani, teste Caffio-

a) Lib. II Britann. Rom. pag. 192.

b) Dissertat. huius Cap. II num. V.

c) Frontin. de Aqueduct. Cap. II.

d) Roslin. L. VI C. 15. Conf. Sigen. de Ant. Iste Civ.
Rom. L. I C. 3.e) Victor L. de Caesarib. Marcellin. L. XIX C. XI. Ref.
Bret. n. VII., VIII.

f) Panciroli, ap. Graecu. tom. VII Ant. In Not. Imp. Orient.

doro, a) *tariibus praefuit; secretarium autem secate i-*
la tribunal dicebatur, quo sensu id posteriorum quo-
que principum iura accipiunt. b) Itaque inter primates officii erant Cornicularii, atque adeo munia obtinebant honorata; sic enim Valentinianus, c) „Sciant,
„inquit, Principes, Cornicularii, et primates officio-
rum, ternas libras auri e suis facultatibus eruendas,
„si honoratis viris secretarii in iudicium non patuerit accessus.“ Procuratores vero Augusti, alias Caesaris, aut Imperatoris Curatores, dicti, erant in provinciis idem, quod scribari Procuratores Romae: d) res nimis fisci curabant. e) Si cum Legato in provincia esset Procurator, ut esse contigit saepius, hic, eo iurisdictionem exercente, vestigium curam habebat. f) Procuratores e viris honoratis, quales Cornicularii erant, creari solitos, e lapide quoque nostro discimus, in quo Ianuarius titulo Cornicularii, in Pannonia forsitan inferiore, munus Procuratoris Augusti obiisse legitur. Lapis tetragonus, formam parallelepipedi referens, cui dextro latere vrcolus, laevo sitella (ni speculum velis) instrumenta quippe libaminum, insculpta visuntur. Effossus ad ripam Draui dextram, ipso Mursae maenium latere occiduo, an. 1773, in eunte auctumno; qui mihi primus omnium viuis, ipso loco, quo est erutus, stimulos iam tum ad patriae antiquitates perquirendas addere videbatur. Nunc basim statuae B. V. M. secundo in solis ortum ab vrbe lapide, Draui tipa eadem sitae, agit, et pone meantibus itinere Vukouariensi legitur.

a) Lib. IX *Variajam.*

b) L. vlt. C. vbi senat. vel clariss.

c) L. II. et in L. fin. C. de offic. diuersi iudic.

d) Dio Lib. LIII.

e) Tacit. Agric. XV.

f) Ampliss. Corn. a Bynkerfb. ebs. Iur. Rom. II. 20. seqq.

Multa tempore eodem diuersi generis monumenta iisdem locis detecta sunt, quae nos, ita ferentibus rerum adjunctis, colligere ac perlustrare singillatim non poteramus. Quippe praeter immensam numorum tam Graecorum quam Romanorum copiam, idola etiam inaures, annuli, ex auro, argento, aliisque metalli generibus, tabulae item, sarcophagi, statuae, lapides charactere notati, et centum aliae id genus vetustatis reliquiae comparuerunt, vbi terram pro aggere novo, lapidesque fodere coepissent. Dignum relatu est, quod ipse inter alia vidi. Prope lapidem heic descriptum, quadratum quodpiam praefurnium, trium quoquis latere hexapedarum, eodem tempore compertum est, ea structura, vt pavimentum duplex, e cocto latere sesqui-pedali, alterum alteri interuallo pedis vnius ac semis incumberet, suffultum iisdem lateribus ordine tali, vt loculos, forulorum instar, in longum ad aquilonem protenos, sesquipedem latos, efformaret. His structura superne incubuerit, quae vbi corruiisset, laterum fragmenta, caementum, ac fuliginem copiosam cum carbone reliquit. Tepidarium quoddam fuisse dicas. Alio loco, inde non nihil in ortum remoto, stratum cuiusdam olim domus, anne templi, amoene ornatum vidi mus. Lapilli, cubici mole digiti, ex eo genere terra calcariae, quod marmor adpellamus, fusco, et candido, robeo, viridiue colore, in polygonam figuram, mire in se se implicant, mosaico veluti opere, conexi inuicem quodam singulari caemento tam valide, vt segre ab se se diuelli potuerint, conspiciebantur; qui colorum varietate, operisque totius arte, spectantium oculos mirum in modum adsciebant. Stratum hoc, a tot seculis in terra delitescens, residuum adhuc duas hexapedas in quadrum comparauit, quod, vbi dies aliquot aduentantium curiositati pateret, postea in praedam abiit; cuius et nos participes facti, frustum inter alia vrbis monumenta conseruamus.

5
DIBVS DI
ABVSQVE
AVRELIA
VOTVM
SOLVIT
H.

Soluere vota erat apud antiquos, Diis promissa reddere. Suscipere vota, iisdem promittere quidpiam, si res ad votum succederet. a) Id ut saepius fiebat, sic Aureliam iterum soluisse votum ex hac epigrapha intelligimus. Lapis eodem tempore, locoue repertus, quo prior, ut in MS. schediasmate comperi.

6
SILVANO
SILVESTR
SACRV
MES. TR. FLOR.
V. S. L. M.

Quam legas ita: *Siluano Siluestro sacrum Messius Traianus Florus votum soluit libens merito. Siluanus ruris deus heic appellatur Silvester, ideo forte, quod ei quispiam locus ad Marsam dedicatus esset; nam et domesticus erat Siluanus, vti videbimus. Est in columella tetragona, sesquipedem longa, sed truncata, quae an. 1774 effolla in Bibliothecam domesticam concessit.*

a) Vid. Iunen. x, 55. De priore Horat. II od. v. Ergo obligatum reddere sicut daper, Pompeium Varum adlocutus: mos enim fuit diuerter vouchendi,

7
SISIAE ET
AVR. SIBIAE
NOVE
XILLARIO ET
COAXMVNIO
N.

Postrema litera *Nepotem* signet. In simili parva columna, eodem tempore inuenta, et apud nos adseruata, haec item legitur epigrapha. Lapis, memoriae maiorum a nepote positus, e genere, quod *arcenosum* appellamus, fabrefactus est.

8
SILVA
NO DO
MEST.
SACR.
C. IVL. D
EMETR
IVS V. F.

Id est: *Siluano domeslico sicutum Cainus Iulus De metrius viuens fecit. Ita quoque apud nos manet, in columella tetragona, molis eiusdem, vt binae superiores, e genere silicum albo eleganter efficta. Et hae quidem sunt inscriptioes integrae, quibus et fragmenta addere liceat.*



D.

AELIAE I
 VIX ANNI
 DE COR
 TI NIA
 XТИLIV
 HER I
 F

Lapis fractus, vt epigraphe media sui parte des
 dicere videatur; non vulgare fuerit monumentum, vt
 e fragmento conicere licet. Litera D supra-ma vult
 respondentem sibi M, quae altera lapidis parte fuit,
 vt sensus effet, *Dis Manibus*. Ex quo epitaphium
 quoddam fuisse colligas. Hoc lapidis fragmentum ante
 fores ecclesiae parochialis, suburbio inferiore, hu-
 mi iacet.

D. M.

AVCBVIS DVIC
 IS ANIMB OVAE
 VIXIT ANN VIII
 D XXV VAL. VC.

Hanc ita Marsilius refert, a) primis corruptam
 lineis, vt palam est. Cum ego apud scriptorem hunc
 ea legerem verba: b) *Hae duae inscriptiones (hanc et
 sequentem intellige) inueniebantur Offekii in porta Wal-
 koneusi, quando illud a Caesareis (an. 1687) erat re-
 ceptum: sperabam fore, vt lapidem eo loci reperirem,*

a) Oper. Danub. tom. II tab. 43.

b) Ibidem, oper. cit.

et epieraphen sibi restituerem; sed is mihi nequicquam
 investiganti comparuit nusquam. Marsilius quidem haec
 inscriptioni addit: *AVE BAVIS DVLC. vel AVE
 BAVIS DVLCIS ANIMA, QVAE VIXIT . . .
 VAL. VC. nihil praeteret; sed cum nec suam dede-
 rit lectionem, et integritatem epigraphes in ambiguo
 reliquerit, nos eam ita restituimus:*

D. M.
 AVE BAVIS DVLC
 IS ANIMA QVAE
 VIXIT ANN VIII
 D. XXV. VAL. V. C.

Id est: *Aue Bavis dulcis anima, quae vixit annos
 octo, dies viginti quinque. Valeria viuens curauit. Motu-
 te prematura, utpote anno aetatis octavo, quispiam
 nomine Bavis occubuerit, cuius Minibus Valeria, fortasse mister Minibus carae sibolis, ut amoris vocabu-
 la in epigraphe poscunt, hanc in lapide memoriam
 posuerit.*

D. M.
 SIVIL AN
 VISANC
 AE ANIV
 RICIAE EL
 NI VE EPI
 EFECIT
 A - RMA
 MIC SS II N

Et hanc loco eodem habet Marsilius, quae prae-
 ter mediae partis defectum, in expressis quoque cara-
 teribus menda continet, vt restitui omnino nequeat.

Videtur tamen militis cuiuspiam fuisse epitaphium, quod e postrema colligas linea, quam si per MIL. SS. LI. reddas, militasse Aelianum stipendiis uno et quinquaginta intelliges. Aelianum dixi, quod in scriptore quodam, de re eadem tractante, sic legi: a) „Situs est hic locus (*Offeck*) non nihil profunde, ariboribus consitus; una ex parte portae (*Valponensis*) visitur fragmentum cuiusdam Romanarum inscriptionis, M. AELIAN. &c. et ex parte alia comparet caput virginis lapidi insculptum.“ Si nobis auctor hic non unam vocem, sed omnem, quatenus extitit, epigraphen dedisset, censere aliquid possemus; quod cum ipse non praestiterit, et lapis una cum virginis capite praefidii reparazione amotus sit, nos, praeterquam quod epigraphas lapidis unius esse opinemur, dicendum habemus nihil. Quod si eamdem hanc esse cum ea, quam numero 9 ad ultimum, dicas, ut esse quoqua videtur, sane et a descriptore male habitam, et lapidem ex eo tempore non minima sui parte acciunum, videas. Lapidès nunc opera excipient figlina, Romano caractere notata.

I

IMP. HAD.

Fundamenta aedium quarundam, infra urbem antiquam detecta, quinquagenos passus a muri latere australi remota, dederunt laterem, caracteribus his notatum, qui etiæ parte quadam esset multatus, mensuræ tamen publici potuit (est enim sesquipedalis) et lite-

^{a)} Titulus libri est: *Das elbmais gedrückte, vom Turken berückte, und trefflich erquickte Königreich Hungarn. Frankfurt und Leipzig 1688.* Locus citatus est ex Cap. XII. p. 467. seq.

ras exhibere incorruptas. Seruatur is apud Iosephinae Curatorem pro collectione Excellentissimi Comitis Niczky. Imperatoris Hadriani titulo notatum esse hunc laterem, nemo rei epigraphicae peritus dubitat; habebant enim suas vti Legiones, sic et Augusti figulinas, a) in quibus lateres, pro aedibus publicis cocti, ad certamque redacti mensuram, suis notabantur adpellationibus. Nam, cum laudis audissimi essent Romanii, non inuiti vtique cessere, ut publicis eiusmodi operibus, quantumvis fictilibus, sua inscriberentur nomina. Quo factum est, ut res figlinæ, auctoritate publica factæ, euaserint praestantissimæ, quod e reliquis earum censere licet. Laterem hunc vel ideo magni facimus, quod HADRIANI titulos praferat, quem urbis nostræ singularem fuisse promotorem supra diximus; b) ab eo siquidem muris cincta, aedibus aucta, et *Coloniae* insignita nomine fuerit *Murfa*.

2

IMP.

IMP. N.

CAES. N.

Hi quoque sunt ex eo genere laterum, quos antiquitas cum Plinio sesquipedales dixit, c) longi scilicet pedem unum ac medium, veteri mensura, lati pedem, vasti duas idgenus vncias. Singulares erant ses-

^{a)} Vid. Cl. Schönwisch, Calder. Rom. P. II C. II p. 125, ubi *Lucillæ Augstæ* nomen occurrat. Conf. p. 128, eius initio *Alexandri Aug.* et *Iuliane Aug.* compararent vocabula. Legionum quoque plurima ibidem legas cognomina.

^{b)} Dissertationis huius Capite II.

^{c)} Hist. Nat. L. XXXV C. XII. Conf. Viatorii L. II C. III.

quipedem longi, medium pedem lati, IMP. titulum praeserentes, eodem, quo alii, comperti loco. Principes debent fuisse aedes, in quarum fundamentis lateres hi sunt eruti. Et quidem ipso Mursae meditillo palatum quoddam tetragonum erat, cuius occiduum, eique oppositum latos 50 passus; australe vero cum aduerso 95 passus Romanos in longum abeunt. Ex ruderum vestigis ac symetria vnam fuisse domum, eamque in urbe hac praecipuum, iudicare prouum est. Innumeros hic eiusmodi lateres, cum Iosephinam aspicerentur viam, operae detexerunt. Aliud aedificium, a priore 80 passus in meridiem, et a muro in boream 55, remotum, plurimos, dictis characteribus notatos, dedit lateres, quos ipse vere anni 1780 imminente, iunctus spectabam, cum illi e fundamentis memoratae domus eruerentur. Haec in quadrum procurrit, latere quoquis 45 passus; ubi praeter lateres, copiosos profecto et optime conseruatos, numi quoque, in primis vero Constantis, et Constantii, et quidem nouissimi, comparuere; nos in domestica collectione tam lateres, quam etiam rumos habemus. Diversum ab his aedificium erat, 26 passus a superiore in occasum recedens, quod lateres IMP. HAD. characteribus notatos, quorum supra meminimus, prodidit.

Est quoque hoc loco dignum memoratu facellum quoddam, extra muros, ab aede penultimo dicta 140 passus in meridiem abscedens, rotundum figura, cuius diameter 10, et pone in austrum aedicula quadra 8 passus obtinet. Coniunctum non nulli, facellum hoc esse SS. Martyrum, in quo, dum Constantius cum Magnentio bellum gerens diuerteretur, Valens loci episcopus Arianus victoram a partibus Imperatoris flare, angelico scilicet nuntio monitus, retulit. Sed iuuat Sulpicius Severum, haec yberius narrantem, audire. „Eo

tempore, ait, a) quo apud Mursiam contra Magnentium armis certatum, Constantius descendere in spectrum pugnae non ausus, in *Basistica Martyrum* extra oppidum sita, Valente tum eius loci episcopo in foliatum adsumto, diuersatus est. Ceterum Valens callide per suos disposuerat, vt quis praeliui fuisse euentus, primus cognosceret, vel gratiam regis captans, si prior bonum nuntium detulisset, vel vitae consulens, ante capturus fugiendi spatium, si quid contra accidisset. Itaque paucis, qui circa regem erant, metu trepidis, Imperatore anxi, prius nunciat, hostes fugere. Cum ille indicem ipsum intromitti posceret, Valens, vt reuerentiam sui aderet, angelum sibi fuisse nuntium, respondit. Facilis ad credendum Imperator, palam postea dicere est solitus, se *Valentis meritis, non virtute exercitus,* viceisse. „Ex qua narratione intelligimus, basilicam Martyrum extra oppidum fuisse, vti sunt facelli memorati rudera; distant enim ab australi Mursae latere 85 passus Romanos, seu, quod idem est, 66 hexapartias Viennenses. Sed, quorum haec basilica Martyrum honoribus dicata fuerit, Sulpicius non meminit. Quidam volunt b) hos esse SS. Eutychium et Florentium, quorum in Martyrologio Romano memoria occurrit a d. 23 Maii hoc elogio: *Apud Mursiam fanctorum Eutychii et Florentii monachorum, quorun meninuit beatus Gregorius Papa.* Sed, quia non nulli pro Mursia legunt Mursiam, vti a d. 28 Martii in Spe Abbate, et in

a) Hist. Sacr. Lib. II. Cap. XXXVIII.

b) Vt P. Georg. Mulh. S. I. Missionarius, Opuscul. *Dubious Pisanica*, Zagrabiae 1754. in vulgus edito, vbi contextus chronicon rerum his partibus memoratatur. Conf. Ind. SS. concionibus Pazmanianis praefixus, vbi ad memoratam diem: *Florentius es Eutichius Renatus Mursiae.*

vita Sanctorum Hungariae ex Bollando nulla horum ad memoratam 23 Maii diem recurrit mentio, utrum his basilica nostra, an aliis Martyribus dicata fuerit, dubiam rem definire nolim. Quicumque tamen in ea Martyres colebantur, non aliam Sulpicii basilicam esse, quam quae a nobis descripta sit, vero simile capreas.

3

LEG. VI. H.

Id est, *Legio sexta Herculea*. Lateres, in quibus hi caracteres conficiantur, alii sesqui pedem Rom. longi, pedem lati, vnciam duplice vasilli; alii pedem longi, medium lati, vasilli ut priores. Sunt nobis in collectione domestica generis utriusque. Huius Legionis Imperii Notitia meminit, sub dispositione viri *Spectabilis Dux provinciae Pannoniae secundae Ripensis*, sive *Saxiae*, illamque circa haec loca ponit, cum Praefectum Legionis sextae Herculearum, cohortis quintae, partis superioris *Aureo monte* collocat; item Praefectum eiusdem Legionis *Teutoburgio*: locis a Mursa non ita remotis, ut supra a) vidimus. At vero ius Legionis statua haec Notitiae fuerant aeuo, Arcadio quippe et Hororio imperantibus, dum Praefectus cum classe *Istrica Mursae* resideret; unde fit, ut Legionem Herculeam ante haec tempora in urbe nostra hibernasse dicamus, et eo quidem intervallo temporis, quod a Maximiano Herculeo (a quo nostrae Legioni titulus) adusque Theodosios effluxit. Eleganter Vegetius de Legione hac meminit, cuius idcirco descriptio-

b) Dissert. huins Capite IV. n. X de *Aureo monte*, Cap. II n. III de *Teutoburgio*, quorum id *Monaster*, hoc vetus *Borovo* est.

nem audire luet. "Plumbatorum exercitatio, inquit, a) quos Martiobarbulos vocant, est tradenda iuuenibus: nam in Illyrico dudum duae legiones fuerant, quae sena millia militum habuerunt, quae, quod his telis scienter vterentur et fortiter, *Martiobarbuli* vocabantur. Per hos longo tempore firentissime omnia bella confecta constat, usque adeo, ut Diocletianus, et Maximianus, cum ad imperium peruenissent, pro merito virtutis hos Martiobarbulos *Iouianos*, atque *Herculanos*, censuerint adpellandos, eosque cunctis legionibus praetulisse dicantur. Quinos autem Martiobarbulos scutis insertos portare consueverunt, quos si oportune milites iacerent, prope sagittariorum scutati mutuari videntur officium: nam hostes, aequosque confauicunt, prius quam non modo manu ad manum, sed ad ictum missilium potuerint peruenire. "Pancirolus apud Graeum referit, b) huic legioni sub Iuliano apostata praecepsisse Valentinianum, qui deinde factus Imperator, legioni Herculeae, Illyrico milite constanti, cum esset ipse Illyrius, statua Mursae adsignauerit.

4

FORTIS.

Hi caracteres comparent in lucerna quadam, ex argilla tam bene compacta, ut ne lapidi quidem cedere videatur. Habemus et lucernam, et, in quo bus generis lucernae siebant, modulum; utroque *Fortis* legitur, sic tamen, ut in ea recte, in hoc retrograde, legendum intelligas. Nomen *Fortis* itidem Le-

a) Lib. I. Cap. XVII.

b) Thesaur. Ant. tom. VI. C. XXXVII Imp. Orient. de Praefect. Legion. Ex Sozom. H. E. L. vi, C. VI.

gionis est; meminit Notitia a) Fortensium inter VI legiones Palatinas, sub dispositione viri illustris Magistri militum praefentalis, in *Illyrico Orientali*, quarto loco, cimicium post Herculianos seniores illico. Item in *Occidente*, sub Magistro peditum praefentali, qui Praefecto Vrbi suberat, inter legiones Comitatenses XXXII recententur *Fortenses*. Sub eodem Magistro, intra *Africanam* cum V. S. Comite Africæ, inter duodecim legiones postremi leguntur. Demum *infra Hispanias* cum Spectabili Comite, e sexdecim legionibus duodecimi. Ut adeo in plures diuisa partes Fortensium legio videatur. Notitiae tempore *Cneus equum Fortensem* residebat *Altini*; b) *Auxilia Fortensa*, *Cirpi*; quae loca sunt in *Pannonia Valeria*. c) *Cneus equum*, qui Altini degebat, antea in hibernis fuerit *Mursae*, eo hinc postmodum translatus, ut faspe cum aliis etiam contigit. *Fortis* itaque, seu *Fortis legio*, quam lucerna nostra commemorat, una e triginta duabus Comitatensisibus exsisterit, quae ante Claffiorum aduentum statua Mursae habuerit. Haec erant figlina opera, solo veteris coloniae eruta, qui bus duos item slices, characteribus præcis notatos, adiungere liceat. *Vnus* exhibet

OCONAS.

Silex e genere opalorum, colore fusco, figura ovali, vnguem digitii minimi aequans. In hoc, par-

a) Ap. Graecium Thesaur. Ant. tom. VII.

b) Apud Graec. Thesaur. Ant. tom. VII, Notit. Imp. Occid. sub dispositione *Doris Valerise*.

c) De *Altino* vid. Dissert. huius C. IV. *Cirpi* Iordanus interpretatur Vitogradum, an recte, non censebo; certum est, locum Valerise suisse.

te superiori comparet nubecula, e cuius lateribus binæ manus prodeunt, margine imo fese iungentes. Medio caracteres dicti, clarissime expressi, recta linea ponuntur. Opus singulari sane manu, et arte sculptoria non nisi in flore summo constituta, fabrefactum. a) Quid autem epigraphe OCONAS? Mallem, vt illi priores dicerent sententiam, qui Pannonicorum idioma *Illyrico* simile negant. Vocabulum *okonas* barbarum est, atque adeo nec Latinum, nec Graecum. Sed neque Gallicum aut Germanicum, minime vero Hungaricum. Quid ergo? Eius, inquam, hoc esse nomen idiomatis, in quo circum nos dicitur *oko-nas*. Et manus quidem e nube prodeuntas, atque infra iunctæ, epigraphamque circundantes, typo suo sententiae notatae bellissime respondent. b) Verum hac de re in Dissertatione de *Lingua Pannonicorum veterum* commentabimus vberius. Alter filex habuit

PARMVR.

Ex eodem opalorum genere, figura itidem ovali, sed priore maior, vnciam diametro superans; in huius aduersa, vt in priore, plana caput est, barba in cornu definente, crinibus paullis, ac pectore defluentibus, intra picturas anaglypho factas opere. Aueria medio, recta linea, memoratos exhibit caraderes. Manus, vt in priore, artis huius peritissima. c) Sensum epigraphes studitis illustrandum omitto. Succedant sumi, solo *Mursano* erati, ordine temporis.

a) Habuit illum Excellentiss. D. L. B. Matthesen, loci et Confinior. Slauon. Commendans.

b) Inuuat hoc ea, quae de *Mujia* supra Cap. II diximus.

c) Hunc habebat D. Andr. Szabados, singularis noster amicus, et Antiquitatis cultor.

Seculum I.

1. DIVVS AVGSTVS PATER, capite nudo. In medio templum, diuo dedicatum, tritylis vastioribus fultum, ad cuius latera S. C. literae maiusculae, infra linea recta PROVIDEN. Aere Corinthio medii, vt alunt, moduli, caelatura elegantis.

2. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. caput Drufi nudum. X TI. CLAV. DIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. dea fedet medio, quid manibus tenet, numus vete state attritus videre non sinit. Infra S. C. Aere magno.

3. PIETAS, caput velatum Agrippinae cum fastigio acuminato, crispsis capillis, infra in arcum Pietas memorata. X DRVSVS CAESAR TI. AVGUSTI F. TR. POT. ITER. in medio S. C. Aere medio eleganti.

4. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. capite laureato. X TR. POT. COS. II. P. P. fedet felicitas, dextra oliuae ramum, sinistra caduceum tenens. Argento parvo.

5. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P. capite laurea corona cincto. X MONETA AVGUSTI. Dea stat, dextra bilancem, sinistra cornu copiae tenet, ad latera S. C. Aer. med.

6. IMP. NERVA CAES. AVG. P. M. TR. . . capite laureato. X FORTVNA AVGUSTI. Stat haec, dextra gubernaculum ad pedes reflexum, sinistra cornu copiae tenens. Aer. med.

Seculum II.

1. IMP. CAES. NERVA TRAIAN. AVG. GERM. P. M. capite laurea cincto. X TR. POT. COS.

III. P. P. Fortuna volans, rotam, in qua S. P. Q. R. ante se propellit. Ad latera S. C. Aere medio. Plures variis cum epigraphis apud nos reperiuntur.

2. IMP. CAES. NER. TRAIANO OPTIMO AVG. GER. DAC. capite laureato. X P. M. TR. P. COS. VI. P. P. S. P. Q. R. Mars graditur nudus, tecto capite, dextra hastam praepilatam, sinistra militare signum, humeris impositum. Arg. parvo.

3. IMP. CAESAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. capite laurea corona cincto. X PONT. MAX. TR. POT. COS. II. Sedet dea semiuncta, dextra tenens pateram, sinistra in sellam recline, purpa defluente; ad latera S. C. infra CONCORDIA. Aer. mag. eleganti. Complures habemus.

4. SABINA AVGSTA HADRIANI AVG. caput nudum, fascia cinctum, coma pendula, imo in annulum flexa, in summo fastigium efficiente. X IVNONI . . . stat luno stolam induita, dextra pateram, sinistra hastam tenens; ad latera S. C. Aere medio. In alio. X CONCORDIA AVG. fedet d. pateram, f. in sellam recline; infra S. C. Aer. mag.

5. ANTONINVS AVG. PIVS. P. P. TR. P. COS. III. capite radiato, barba modica. X GENIO SENATVS. Stat genius palliatus, d. oliuae ramum, f. pallio in se reflexo bacillum regium; ad latera S. C. Aer. med. In alio Aer. mai. X ROMVLO AVGSTO. galeatus graditur in partem laeuanam, d. telum, f. scutum tenens; ad latera S. C.

